quecumque fuerint omnes hereses
sive que fuerint sive que sunt
sive que poterunt esse sub
vocabulo christiano Et quia sit
hoc onerosum vir per singulas
quelibet monstrandum est dispu
tando tam multorum et voluimus
ut et insinuata videantur. Rubrica
Sequitur capitulum sextum Quomodo
sit enchiridion quod sibi fieri
voluit et quomodo laurentiolus sit
contra fidem spem et caritatem senciae
ntibus respondere Materia
Dicit Enchiridion postu
las. i. quod manum possit
astringi non quod armarium
possit onerare Ut igitur ad i. a
2a redeamus per que diximus
tollendum duo fidei spei caritate
facile est cognoscere quid cre
dendum quid sperandum quod amau
dum sit Sed quemadmodum
adversus eorum qui diversa senci
unt calumpnias deffendatur
operiosioris libelloris quod doce
Que ut fiat non brevi
enchiridion pectus accendi
Sequitur capitulum aliud Quomodo
simbolum et dominica oratio fidem spem

et caritatem in se continentur et c.
Nam ecce ibi est simbolum
et dominica oratio Quomodo breuius
auditur aut legitur quid fa
cilius memorie quia enim de
peccato gravi et misero premebatur
genus humanum et divine indigebat
misericordie gratie dei tempus prophetia predixerat
ait Et erit ut omnis qui in vo
cauerit nomine domini salvus erit
propter hoc oratio Sed apostolus cum ad presta
commendanda hoc propheticum comme
morasset testimonium continuo
subiunxit Quomodo invocabunt in
quem non crediderunt propter hoc oratio
Sed apostolus simbolum in hiis duo
bus 3a. i.a. intuere fides credit
spes et caritas orant Sed sine fi
de esse non possunt ac per hoc et fides
orat propterea quippe dictum est quomodo
invocabunt in quem non credide
runt Sequitur capitulum octauum
Quomodo in aliis spes et caritas sine fide
esse non possunt quia aliquis quod credidit
Quid autem sperari potest quod non
creditur aliquid porro
etiam quod non speratur credi potest
Quis namque fidelium penas
non credit impiorum ut speret
tamen Et quis quod eas imminere sibi
credit ac fugaci motu animi
exhorret rectius timere dicitur
quam sperare Quomodo duo lucanus

distinguens ait licebat sperare
timenti non sicut ab alio poeta
quamvis meliore sic spe dictum
hunc potui tantum sperare dolorem
denique nonnulli in arte grammatica
ubi hiis utuntur ad ostendendam
impropriam distinctionem et aiunt spe-
rare dixit pro timere. Est itaque
fides et bonarum et malarum rerum
quia et bona creduntur et mala
et hoc fide bona non mala. Est
etiam fides et preteritarum rerum et presentium
et futurarum. Credimus enim mortu-
um Christum quod iam preteriit. Cre-
dimus sedere ad dexteram patris
quod nunc est. Credimus venturum
ad iudicandum quod futurum est.
Item fides et suarum rerum est et ali-
enarum. Nam et se quilibet credit
esse nec aliquando fuisse nec utique sem-
piternum. Et alia atque alia. Nec solum
de aliis hominibus multa que ad
religionem pertinent verum etiam de angelis
credimus. Spes autem non nisi
bonarum rerum est nec non nisi futu-
rarum et ad eum pertinencium
qui earum spem gerere perhibetur.
Que cum ita sint propter has causas
distinguenda erit fides a spe
sicut vocabulo ita et rationali
differencia. Nam quod attinet ad
non videre sive que creduntur
sive que sperantur fidei spei que
communis est. In epistola quoque ad
Hebreos qua teste usi sunt illustres
katholice fidei ac regule defen-
sores fides esse dicta est convictio
rerum que non videntur. Quamvis
quando se quisque non verbis non testi-
bus nec non denique ullis ar-
gumentis sed presentium rerum e-
videncia credidisse dixit se
hoc est fidem accomodasse dicat
dum sic non ita videtur absur-
dus ut recte reprehendatur eique
dicatur: ergo vidisti et non credi-
disti. Unde putari potest non esse
consequens ut non videatur res que-
cumque creditur. Sed melius
hanc appellamus fidem quam
divina eloquia docuerunt earum
scilicet rerum que non videntur. De spe
quoque ait apostolus: Spes que
videtur non est spes. Quod
enim videt quis quid sperat? Si autem
quod non videmus speramus per
patientiam expectamus. Cum ergo
bona a nobis futura esse cre-
duntur nichil aliud quam spe-
rantur. Iam de amore quid
dicam sine quo fides nichil
prodest. Spes vero sine amore x ee
non potest. Denique ait apostolus Ia-
cobus: Et demones credunt
et contremiscunt. Nec sperant vel
amant sed potius quod speramus
et amamus venturum formidant.
Propter quod apostolus Paulus in-
quit fides que per dilectionem operatur
approbat et commendat que utique
sine spe esse non potest. Proinde

nec amor sine spe est nec sine
amore spes nec utrumque sine fi
de. Sequitur etiam notum quod
credulitatis fidei sane non in na
turis rerum sed in creatoris bonitate
consistit etc. Pomoz mand

9 Cum igitur queritur quid credendum
sit quod ad religionem
pertineat. Non rerum natura ita
rimanda est quemadmodum ab eis
quos physicos Greci vocant
nec metuendum est ne aliquid
de vi et numero elementorum, de mo
tu atque ordine et defectibus si
derum, de figura celi, de generibus
et naturis animalium, fructuum, lapi
dum, fontium, fluminum, montium,
de spatiis locorum et temporum, de sig
nis imminentium tempestatum
et alia scientia de hiis rebus quas
illi vel invenerunt vel invenisse
se existimant christianus ignoret, quia
nec ipsi omnia reppererunt tanto
excellentes ingenio, flagrantes
studio, habundantes otio, et quedam
humana coniectura investigantes,
quedam vero historica experientia
perscrutantes, et in eis que in
venisse gloriantur plura opina
ntes potius quam credentes sci
entes. Satis est christiano rerum
creatarum causas celestium sive
terrestrium sive visibilium sive in
visibilium non nisi bonitatem
intelligere creatoris qui est unus

deus verus, nullamque esse
naturam que non aut ipse sit aut
ab ipso, eumque esse trinitatem, patrem
scilicet et filium a patre genitum
et spiritum sanctum ab eodem patre et filio
procedentem, sed unum eundem
spiritum patris et filii. Sequitur etiam
de terminum qualia bona sint que a sum
ma bonitate creata sunt 10

Ab hac summe et equaliter et incommutabiliter
bona trinitate creata sunt
omnia nec summe nec equaliter
nec incommutabiliter bona, sed tamen
bona etiam singula, simul vero
universa valde bona, quia ex
omnibus consistit universitatis ad
mirabilis pulchritudo. Etiam quomodo
qualiter deus malum ordinet
vel que sit diffinitio mali capitulum 11

In qua etiam illud quod ma
lum dicitur bene ordinatum
et loco suo positum eminentius
commendat bona ut magis pla
ceant et laudabiliora sint dum
comparantur malis. Neque enim deus
omnipotens, quod etiam infideles fatentur
rerum cui summa potestas, cum summe
bonus sit, ullo modo sineret ma
li aliquid esse in operibus suis
nisi usque adeo esset omnipotens et
bonus ut bene faceret et de malo.
Quid est autem aliud quod ma
lum dicitur nisi privatio boni

nam sicut corporibus animalium nichil aliud est morbis et vulneribus affici quam sanitate privari neque enim id agitur cum adhibetur curatio ut mala que inerant id est morbi ac vulnera recedant hinc et alibi sint sed utique ut non sint. Id est non enim ulla substantia sed carnalis substantie vicium est vulnus aut morbus. Cum caro sit ipsa substantia profecto aliquod bonum est cui accidunt ista mala id est privationes eius boni quod dicitur sanitas, ita et animorum quecumque sunt vicia naturalium sunt privationes bonorum que cum sanantur non aliquo transferuntur sed ea que ibi erant nusquam erunt quando in illa sanitate non erunt. Sequitur capitulum 12m. Et bonas esse omnes naturas a summo bono factas quamlibet ex causa et qualibet corruptio noceat in titulus capitulum 12.

12 Naturae igitur omnes quoniam naturarum prorsus omnium conditor summe bonus est bone sunt. Sed quia non sicut earum conditor summe et incommutabiliter bone sunt, ideo in eis bonum minui et augeri potest. Sed bonum minui malum est quamvis quantumcumque minuatur remaneat aliquid necesse est si adhuc natura est unde natura sit neque enim si qualiscumque et quantulacumque est natura consumi bonum quod natura est nisi et ipsa consumatur potest. Merito quippe natura incorrupta laudatur; porro si et incorruptibilis sit que corrumpi omnino non possit multo est procul dubio laudabilior. Cum vero corrumpitur ideo malum est eius corruptio quia eam qualicumque privat bono. Si enim nullo bono privat non nocet; nocet autem: adimit igitur bonum. Quamdiu itaque natura corrumpitur inest ei bonum quo privetur; ac per hoc si nature aliquid remanebit quod iam corrumpi nequeat profecto natura incorruptibilis est, et ad hoc tam magnum bonum corruptione perveniet. At si corrumpi non desinet nec bonum habere utique desinet quo eam possit privare corruptio. Quam si penitus totamque consumpserit ideo nullum bonum inerit quia natura nulla erit. Quocirca bonum consumere corruptio non potest nisi consumendo naturam. Omnis ergo natura bonum est, magnum si corrumpi non potest, parvum si potest; negari tamen bonum esse nisi stulte atque imperite prorsus non potest. Que si corruptione consumitur nec ipsa corruptio remanebit ubi nulla esse

possit subsistente natura. Sed
capitulum 13m — Quod nullum
possit esse malum si nullum
sit bonum et quod hec assertio
sententie prophetice non sit contraria 13m

13 Hac per hoc malum est quod
dicatur malum si nullum
sit bonum. Sed bonum omni ma-
lo carens integrum bonum est.
Cum vero inest malum viciatum
vel viciosum bonum est. nec
malum umquam potest esse ubi est bonum
nullum. unde res mira conficitur. ut
omnis natura in quantum natura
est bonum est nichil aliud dici
videatur cum viciosa natura
mala esse natura dicitur nisi
malum esse quod bonum est nec
malum esse nisi quod bonum est.
quia omnis natura bonum
est nec res aliqua mala esset
nisi res ipsa que mala est natura
non esset. Non ergo potest esse ma-
lum nisi in aliquo bono quod
tamen dici videtur absurdum
connexio tamen ratiocinationis huius
velut inevitabiliter nos com-
pellit hoc dicere. Et cavendum
est ne incidamus in illam pro-
pheticam sententiam ubi legitur.
Ve hiis qui dicunt quod bonum est
malum et quod malum est bonum.
qui dicunt tenebras lucem
et lucem tenebras qui dicunt
dulce amarum et amarum dulce
et tamen dominus ait. Malus homo
de malo thesauro cordis sui
profert bona / quid est autem
malus homo nisi mala natura
porro si homo aliquod bonum est
quia natura est quid est malus
homo nisi malum bonum. Tamen
cum duo ista discernimus invenimus
nec ideo malum quia homo est nec
ideo bonum quia iniquus est. Sed
bonum quia homo / malum quia
iniquus est. Quisquis ergo dicit
malum hominem esse aut quod bonum
est iniquum esse ipse incidit in
propheticam illam sententiam. Ve hiis
qui dicunt quod bonum est malum
et quod malum est bonum / opus enim
dei culpat quod homo est vicium
hominis laudat quod iniquus est.
Omnis itaque natura etiam si viciosa
est in quantum natura est bona est in quantum
viciosa est mala est. Cur in
contrariis in bonis ac malis sibimet
contrariis dyalecticorum regula de-
ficiat et quod sit corruptio et
quod ex bonis mala orta sint
Quapropter in hiis contrariis
que mala et bona vocantur. 14
illa dyalecticorum regula deficiat
qua dicunt nulli rei simul inesse
duo contraria / nam omnis aer
simul est et tenebrosus et lucidus

Nullus cibus aut potus simul
est dulcis et amarus nullum corpus
simul ubi album ibi et nigrum nul-
lum simul ubi deforme ibi et
formosum. Et hoc in multis ac pene
omnibus contrariis invenitur
ut in una re simul esse non possint.
Cum autem bona et mala nullus
ambigat esse contraria non solum
simul esse possunt sed mala omnino
sine bonis et nisi in bonis esse
non possunt. Quamvis bona sine malis
esse possint. Potest enim homo vel an-
gelus non esse iniustus. Iniustus
autem non potest esse homo vel angelus
et bonum quod homo, bonum quod angelus
malum quod iniustus. Et hec duo
contraria ita simul sunt ut si bonum
non esset in quo esset prorsus
nec malum esse potuisset, quia
non modo ubi consisteret sed unde oriretur
corruptio non haberet nisi esset
quod corrumperetur, quod nisi bonum
esset nec corrumperetur. Quoniam nichil
aliud est corruptio nisi quam
boni exterminatio. Ex bonis igitur
mala orta sunt et nisi in aliquibus
bonis non sunt nec erat unde
oriretur ulla mali natura. Nam si esset
profecto bona esset et aut incor-
ruptibilis nullo modo esset nisi
aliquod bonum quod bonum cor-
rumpendo posset ei nocere
corruptio. Capitulum 15. Quod
non sit contrarium dominice sententie
que dicit. Non potest facere arbor
mala fructus bonos facere cum
dicuntur mala ex bonis orta. Capitulum

Nec cum mala ex bonis orta
esse dicimus non putetur hoc
dominice sententie refragari qua
dicit non potest arbor bona fruc-
tus malos facere. Non potest enim sicut
veritas dicit colligi uva de spi-
nis. Sed quia non potest nasci de
spinis uva. Ex bona terra et vites
nasci videmus et spinas. Eodem
modo tamquam arbor mala fructus
bonos id est opera bona non potest
facere voluntas mala. Sed ex
bona hominis natura oriri voluntas
et bona potest et mala. Nec fuit pror-
sus unde primitus oriretur volun-
tas mala nisi ex angelis et
hominibus natura bona. Quod et ipse dominus
eodem loco ubi de arbore et
fructibus loquebatur apertissime
ostendit. Ait enim aut facite ar-
borem bonam et fructum eius
bonum aut facite arborem ma-
lam et fructum eius malum.
Satis admonens ex arbore qui-
dem bona malos aut ex ma-
la bonos nasci fructus non
posse. Ex ipsa tamen terra cui loque-
batur utramque arborem oriri po-
sse. Capitulum 16. Non pertinere ad
beatitudinem quorundam scire.

causas in mundo corporalium mo
tionum. Incipit capitulum 16m
16 Quae cum ita sint quando nobis in re
bus istis placet Felix
qui potuit rerum cognoscere causas
non nobis videatur ad feli
citatem consequendam pertinere
si sciamus causas magnarum in mundo
corporalium motionum quae abdi
tissimis naturae sinibus occultantur
unde tremor terris qua vi maria
alta tumescant obicibus rup
tis rursusque in se ipsa re
sideant et cetera huiusmodi. Sed
bonarum et malarum rerum causas
nosse debemus et id actenus
quatenus eas homini in hac vita
erroribus aerumnisque ple
nissima ad eosdem errores et
aerumnas evadendas nosse
conceditur. Ad illam quippe feli
citatem tendendum est ubi nulla
quatiamur aerumna nullo er
rore fallamur. Nam si causae cor
poralium motionum noscendae nobis
essent nullas magis nosse quam
nostrae valitudinis deberemus.
Cum vero eas ignorantes medicos
quaerimus quis non videat quod
de secretis caeli et terrae nos lateat
quam sit patienter nesciendum. Capitulum
in dispositione quamquam error cavendus

potest etc. capitulum 17m
17 Quamvis enim error quantum fieri potest
cavendus sit non solum
in maioribus verum in minoribus
rebus nec nisi rerum ignorantia
possit errari non est tamen
consequens ut continuo erret quisquis
aliquid nescit sed quisquis
se existimat scire quod nescit.
Pro vero quippe approbat falsum
quod erroris est proprium. Verum tamen
in qua re quisque erret interest
plurimum. Nam in una eademque re
et nescienti sciens et erranti non
errans recta ratione praeponitur. In
diversis autem rebus id est cum iste
scit alia ille alia et iste
utiliora ille minus utilia vel
etiam noxia quis non in eis
quae ille scit ei praeferat nescientem.
Sunt enim quaedam quae melius
est nescire quam scire. Itemque non
nullis errare profuit aliquando
sed in via pedum non in via morum. Nam
nobis ipsis accidit ut in quodam
bivio falleremur et non iremus
per eum locum ubi opperiens transi
tum nostrum Donatistarum manus ar
mata subsederat atque ita factum
est ut eo quo tendebamus
per devium circuitum venimus

Cognitis itaque aliorum insidiis
nos gratulamur errasse atque
inde deo gratias agimus. Quis
ergo viatorem sic errantem non
erranti latroni preponere dubi-
taverit? Et fortasse ideo apud sum-
mum poetam legitur quidam
miser amator: ut vidi, ut perii, ut
me malus abstulit error.
Quia est et error bonus qui non
solum nichil obsit, verum etiam
prosit aliquid. Sed diligencius
considerata veritate, cum aliud
nichil sit errare quam verum
putare quod falsum est, falsum quod
verum est, vel certum habere pro in-
certo, incertum vero pro certo, sive sit
falsum sive verum, idque tam sit in
animo deforme atque indecens
quam pulchrum et decorum esse sentimus
vel in loquendo vel in assenci-
endo est non esse, profecto et ob hoc
ipsum est vita miseria ista qua
vivimus, quod ei nonnumquam
ut non admittatur est error
necessarius. Absit ut talis sit illa
vita ubi anime nostre ipsa sit vita
veritas, vita ubi nemo fallit,
fallitur nemo. Hic autem homines
fallunt atque falluntur. Usque ad-
eo tamen racionalis creatura
refugit falsitatem et quantum
potest devitat errorem ut
falli nolit et quicumque amant
fallere. Non enim sibi qui mentitur
videtur errare, sed alium in erro-
rem mittere credentem sibi qui
mentitur. Et in ea re quidem non
errat quam mendacio contegit, si
novit ipse quod verum sit. Sed in hoc
fallitur quod putat sibi suum non
obesse mendacium, cum magis
facienti quam pacienti obsit
omne peccatum. Sequitur capitulum 18.

Questio difficillima utrum ad
officium hominis iusti pertineat
aliquando mentiri

Verum hic difficillima gignitur
et latebrosissima questio
de qua iam grandem librum cum re- 18
spondendi necessitate nos urgeret
absolvimus, utrum ad officium hominis
iusti pertineat aliquando mentiri. Nam
nulli enim eo usque progrediuntur
ut et periurare et de rebus ad dei
cultum pertinentibus ac de ipsa
dei natura falsum aliquid dicere
nonnumquam pium bonumque opus esse
contendant. Michi autem videtur
peccatum esse quidem omne mendacium,
sed multum interesse quo animo
et de quibus rebus quilibet
mentiatur. Non enim sic peccat
ille qui consulendi, quo ille qui
nocendi voluntate mentitur,
vel ideo non tantum nocet qui vi-
atorem mentiendo in diversum

it mittit quam is qui mentitur mente mendacio fallente decipiatur. Ideo sane mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod verum putat quia quantum in ipso est non fallit ipse sed fallitur. Non itaque mendacii sed aliquando temeritatis arguendus est qui falsa incaute acredita pro veris habet potius autem econtrario quantum in ipso est ille mentitur qui dicit verum quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius attinet quia non quod sentit hoc dicit non verum dicit quamvis inveniatur verum esse quod dicit nec ullo modo liber est a mendacio qui ore nesciens verum loquitur sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis itaque rebus ipsis de quibus aliquid dicitur sed sola intentione dicentis melior est qui nesciens falsum dicit quia id verum putat quam qui mentiendi animum sciens gerit nesciens verum esse quod dicit. Ille namque non aliud habet in animo aliud in verbo huic vero qualecumque per se ipsum sit quod ab eo dicitur aliud tamen clausum in pectore aliud in lingua promptum est quod malum est mentientis proprium. In ipsis autem quae dicuntur consideratione rerum tantum interest qua in re quisque

ī lingua

fallatur sive mentiatur ut cum falli quam mentiri minus sit malum quantum pertinet ad hominis voluntatem tamen sit longe tolerabilius in his que a religione sunt remota mentiri quam in his sine quorum fide vel notitia deus coli non potest falli. Quod ut illustretur exemplis intueamur quales sit si quispiam dum mentitur vivere nuntiet aliquem mortuum alius dum fallitur credit mortuum post longa tempora moriturum nonne illo modo mentiri quam isto modo falli incomparabiliter prestat multoque minoris mali est in illum errorem aliquem inducere quam in istum ab aliquo induci. Sequitur. cap. 19. Omnibus in rebus fallamur in parva et magna sunt etc.

In quibusdam ergo rebus magno in quibusdam parvo in quibusdam nullo malo in quibusdam etiam nonnullo bono fallimur. Nam magno malo fallitur homo cum hoc non credit quod ad vitam ducit eternam vel hoc credit quod ad mortem ducit eternam. Parvo autem malo fallitur qui falsum pro vero approbando incidit in aliquas malas molestias. 19

temporales quibus tamen adhibita
fideli patientia convertit eas in
usum bonum velud si quisquam
bonum hominem putando qui malus
est aliquid ab eo patiatur mali
Quamvis non ideo malum hominem bonum
credit ut nihil ab eo aliquid
mali patiatur nullo modo fallitur
nec in eum cadit illa prophetica
detestacio Ve hiis qui dicunt
quod malum etc. id est de rebus quippe ipsis re
bus quibus homines mali sunt
non de hominibus dictum in textu
gaudium est de hominibus unde qui
adulterium dicit bonum recte arguitur
illa voce prophetica qui vero ipsum
hominem dicit bonum quem putat
castum et nescit adulterum non in
doctrina rerum bonarum et malarum
sed in occultis humanorum fallitur morum
vocans hominem bonum in quo
putat esse quod quod esse non
dubitat bonum dicens malum
adulterium et castum bonum Sed hunc
bonum dicit nesciendo adulterum
esse non castum porro si per e
rrorem evadit quisque perniciem
sicud supra diximus nobis in
itinere contigisse et boni aliquid
homini confert error Sed cum
dico in quibusdam rebus nullo
malo aliquem vel nullo etiam
bono falli non ipsum errorem
dico vel nullum malum vel nullum

bonum Sed malum quo
non venitur vel bonum quo ve
nitur errando id est ex ipso er
rore quid non eveniat vel
quid eveniat Nam ipse per se
error aut magnum in rebus ma
gnis aut parvum in parvis semper
semper est malum Quis enim
nisi errans malum neget a
probare falsa pro veris aut improbare
vera pro falsis aut habere incerta
pro certis aut certa pro incertis Sed aliud est
hominem putare qui bonus est
quod est erroris et aliud est ex hoc
malo aliud malum non pati si
nihil nocet homo malus
qui putatus est bonus Item
aliud est ipsam viam pu
tare que non est ipsa et aliud
est ex hoc erroris malo aliquid
boni consequi velud est ab insi
diis malorum hominum liberari ca. 20

Cum quis de malo homine bene
sentit utrum sit error ca. 20

Nescio sane utrum etiam iste
error est cum homo de
malo homine bene sentit qualis
sit nesciens aut potius que
per sensus corporis capimus occurrunt
nobis similia que spiritu tanquam
corpore aut corpore tanquam spiritu
sentiuntur qualem putabat
esse Petrus apostolus cum

20

existimabat se dormientem videre
repente declaratur et vinculis
praegrandi liberatus aut in ipsis
rebus corporeis bonum putatur
esse quod album est aut dulce
quod amarum est aut bene olere
quod putidum est, aut illum esse
Fortunatum cum alius sit quia duo
simillimi sunt quod in gemi-
nis saepe contingit unde dicitur
gratusque parentibus error.
Talia et cetera dicenda sunt.
Hec questio nodosissima
que sapientissimos stoicos et
acutissimos academicos
torsit, nunc nobis enodanda
suscepta est utrum debeat
aliquid sapiens approbare ne
incidat in errorem si pro veris
approbaverit falsa cum omnia
sicut vel occulta sint vel in-
certa. Unde tria condidi volumina in
initio conversionis mee ne impe-
dimento nobis essent que
tanquam in hostio contradice-
bant et utique fuerat removen-
da inveniende desperatio veri-
tatis que illorum argumentationibus
roborari. Apud illos ergo omnis
error putatur esse peccatum quod
vitari non posse contendunt
nisi omnis suspendatur assen-
sio. Errare quippe dicunt eum

quisquis assentitur incertis
nichil certi, nichil quod certum esse
in hominis visis propter indiscretam similitudinem
falsi etsi quod videtur forte sit
verum acutissimis quidem sed
impudentissimis conflictationibus
disputant. Apud nos autem iustus
ex fide vivit. At si tollatur asser-
sio et fides tollitur. Quia sine
assensione nichil creditur et sunt
vera quamvis non videantur
que nisi credantur ad vitam eternam
que beata est non potest perveniri.
Cum istis vero nescio utrum lo-
qui debeamus qui non victuros
in eternum sed in presenti se vivere nesci-
unt immo nescire se dicunt
quod nescire non possunt.
Neque enim quemquam sinunt nescire
se vivere quandoquidem si non vivit
si non potest aliquid scire vel
nescire. Quoniam non solum scire
verum etiam nescire viventis est. Sed
videlicet non assentiendo quod viv-
ant cavere sibi videntur erro-
rem cum etiam errando convincantur
vivere quoniam non potest qui non
vivit errare. Sicut ergo nos vivere
non solum verum sed etiam certum est
ita vera et certa sunt multa quibus
non assentiri absit ut sap-
ientia potius quam dementia

vocitanda sit. Sequitur capitulum
21 — In quibus rebus erran
tes non peccamus quamvis
ad huius vitae miserias erro
res pertineant. Quae nunc
21 Ex quibusdam vero rebus ubi
nihil interest ad capescendum
regnum dei utrum credantur an non
vel utrum sive sint vera sive esse pu
tentur falsa in his errare
id est aliud pro alio putare non
arbitrandum est esse peccatum aut
si est minimum est et levissimum.
Postremo qualecumque illud et
quantumcumque sit ad illam viam
non pertinet qua imus ad deum
quae via fides est christi quae per di
lectionem operatur. Neque enim ab
hac via deviabat in geminis
filiis gratus ille error pa
rentibus aut ab hac via de
clinabat apostolus petrus quando
se existimans visum videre
aliud pro alio sic putabat ut
inter corporum imaginibus in quibus
se esse arbitrabatur vera in
quibus erant corpora non di
sceneret nisi tunc cum ab eo angelus
per quem fuerat liberatus abscessis
set. Aut ab hac via non decli
nabat iacob patriarcha quando vi
ventem filium a bestia credebat
esse occisum. In his atque huiusmodi

falsitatibus salva
fide quae in deum nobis est fallimur
et via non relicta quae ad illum
nos ducit deviamus. Qui erro
res et si peccata non sunt tamen
in malis huius vitae deputandi
sunt quae ita subiecta est va
nitati ut approbentur hic falsa
pro veris ibi respuantur vera pro falsis
teneantur incerta pro certis. Quam
vis enim haec ab ea fide absint
per quam veraciter certamque ad aeternam
beatitudinem tendimus ab ea
tamen miseria non absunt in qua
adhuc sumus. Nullo modo quippe fal
leremur in aliquo vel animi vel
corporis sensu si iam vera illa atque
perfecta felicitate frueremur. Sequitur
capitulum 22. Quod sit peccatum omne
mendacium quamvis aliqui
venialiter peccent qui non nisi
pro salute hominis menciuntur.
Sequitur capitulum 22. [illegible]
Porro omne mendacium 22
ideo dicendum est esse peccatum
quia homo non solum quando scit
ipse quod verum sit sed etiam si quando
errat et fallitur sicut homo
debet hoc loqui quod animo gerit
sive illud verum sit sive verum pu
tetur et non sit. Omnis autem
qui mentitur contra id quod
animo sentit loquitur voluntate fallendi.

fallendi. Frequentius verba profe
renda sunt instituta non per quae
homines invicem se fallant
sed per quae in alterius quisque ad
notitiam cogitationes su
as perferat. Verbis ergo uti ad
fallaciam non ad quod in
stituta sunt peccatum est. Nec ideo
ullum mendacium putandum
est non esse peccatum quia possumus
aliquando prodesse mentiendo.
Possumus enim et furando aliquando
prodesse si pauperi cui palam
datur sentit commodum et diviti
cui clam tollitur non sentit in
commodum. Nec ideo tale furtum
dixerit quispiam non esse peccatum.
Possumus et adulterando si ali
qua nisi ei consentiatur
appareat amando moritura
et si vixerit penitendo purgata.
Nec ideo peccatum negabitur tale adul
terium. Si autem merito nobis placet
castitas quid offendit veritas
ut pro aliena
utilitate illa non violetur adul
terando et violetur ista mentiendo.
Plurimum quidem ad bonum profecisse homines
qui nonnisi pro salute hominis
mentiuntur non est negandum
sed in eorum tali profectu merito
laudatur vel etiam temporaliter remune
ratur benivolentia non fallacia

quae ut ignoscatur satis est, non
ut etiam predicetur, maxime in
heredibus testamenti novi quibus
dicitur: Sit in ore vestro est est,
non non; quod enim amplius est a
malo est. Propter quod etiam malum
quia subrepere in hac mortalitate
non desinit etiam ipsi coheredes Christi
dicunt: Dimitte nobis debita nostra.
Quod iam nunc sint causae bonorum rerum
et quae malarum sequitur capitulum 23

Ss itaque pro huius brevitate tractatus 23
cum causae cogno
scendae sunt rerum bonarum et ma
larum quantum viae satis est quae nos
perducat ad regnum ubi erit vita
sine morte et sine errore veri
tas sine perturbatione felicitas
nequaquam dubitare debemus
rerum quae ad nos pertinent bo
narum causam non esse nisi bonitatem
Dei; malarum vero ab immutabili
bono deficientem boni muta
bilis voluntatem prius angeli, ho
minis postea. Sequitur capitulum 24
Quod primum creaturae rationalis
malum id est quod hic malum secuta
sunt. Sequitur capitulum 24

Hoc primum est creaturae 24
rationalis malum, id est prima
privatio ~~mali~~ boni. Deinde
iam nolentibus subintravit
ignorantia rerum agendarum

et corpora moriantur / quibus
omnes subinferuntur error
et dolor. Quae duo mala quamvis
in ignorantia sentiantur et agi
tatus animi motus nomine
metus / porro autem cum adi
piscitur corporea qualibus per
molesta vel in anima quae de
ornatione non sentit vel delec
morbida vivacitas vel vana ex
lectica ventilatur / exterius mor
borum non ubertatis sed indigentie
tamquam fontibus omnis mi
seria nec rationalis manat etc.
Sequitur capitulum 27 Quod in
suis malis voluntas creata
beatitudinis appetitum non a
miserit et quod homo creatus pe
nam peccati corporis mortalitatis

27 Creatura rationalis in malis
suis amittere non potuit
beatitudinis appetitum. Dixit dyabolus
et ero similis altissimo et homini
dictum est eritis sicut dii. Sic ergo est
beatitudinis appetitores / angeli qui
mali sunt et homines et angelorum
per suam maliciam deum inficiantur
dampnatorum / et homo post peccatum
istam qua corporis morte pu
nitus est / morte quippe eius
supplicium dominus comminatus
fuerat si peccaret sed sic eum
munivit libero arbitrio ut
tamen regeret imperio terreret

exitio atque in paradiso felicitatis
quasi in umbra vite ubi iusticia
custodita inde in meli
ora conscenderet collocavit etc.
Capitulum 26 Quod peccatum adam
originaliter in posteros transiit

Hinc post peccatum exul effectus 26
stirpem quoque suam quam
peccando in se tamquam in radice
viciaverat pena mortis et damp
nationis obstrinxit ut quicquid
prolis ex illo et simul dampnata
coniuge per quam peccaverat per car
nalem concupiscentiam in qua ino
bedientie pena similis retri
buta est nasceretur traheret
originale peccatum quo traheretur
per errores dolores que diver
sos ad illud extremum cum
desertoribus angelis viciatori
bus possessoribus et consortibus
suis sine fine supplicium. Sic
per unum hominem peccatum intravit
in mundum et per peccatum mors et ita
in omnes homines pertransiit
in quo omnes peccaverunt / mundum
quippe appellavit eo loco apostolus
universum genus humanum. Ita igitur
perditionis species habebat
[?]ualit humani generis massa
contra deum iacebat in malis
ruens cum desertoribus angelis
penas iustissimas manente
malas bonitate creatoris etc. 2a.

27 Iacebat in malis vel etiam volve-
batur et de malis in mala
precipitabatur totius generis humani
massa dampnata et adiuncta
parti eorum qui peccaverant angelo-
rum luebant impie desertionis di-
gnissimas penas. Ad iram
dei quippe pertinet iusticia
quod ceci et indomita concupiscentia fa-
ciunt libenter mali et quicquid
manifestis apertisque penis pa-
ciuntur inviti non sane crea-
toris deficiente bonitate et mal-
angelis subministrante vitam
vivacemque potenciam. Que
subministracio si auferatur interci-
dunt et hominum quamvis de propa-
gine viciorum viciata dampn-
nataque nascentium format
semina et animat membra
et ordinat per temporum etates
per locorum spacia vegetat sensus
alimenta donat. Melius enim
iudicavit de malis benefacere
quam mala nulla esse permittere.
Et si quidem in melius hominum
hominum reformacionem nullam pro-
rsus esse voluisset sicut impiorum
nulla est angelorum, nonne me-
rito fieret ut natura que deum
deseruit, que preceptum domini et
sui creatoris quod custodire
facillime potuit sua male
utens potestate calcavit
atque transgressa est. Que in se
sui creatoris ymaginem ab eius
lumine contumaciter adversa violavit,
que salubrem servitutem ab eius
legibus malo libero abrupta
arbitrio universa in eternum deser-
eretur ab eo et pro suo merito
penam imponeret sempiternam?
Plane ita faceret si tantum iustus
non etiam misericors esset. Suam-
que indebitam misericordiam multo evi-
dencius in indignorum potius
liberatione monstraret. Capitulum
28. Rubrica quod confirmatis
angelis cadentibus per supplici-
um residui eternissima stabilitate
beatitudinis acceperunt

28 Angelis itaque aliquibus
impia superbia deserentibus
deum et in huius aeris imam caligi-
nem de superna habitatione de-
iectis residuus numerus angelorum
in eterna cum deo beatitudine et sanctitate
permansit. Neque enim de uno an-
gelo lapso atque dampnato ceteri
propagati sunt ut eos sicut
homines originale malum ob-
noxie successionis vinculis
alligaret atque universos traheret
ad debitas penas. Sed eo
qui dyabolus factus est cum sociis
suis impietatis elato et per ipsam
elacionem prostrato ceteri

uo pia obedientia deo electi cre-
verunt. Actu c. 8 et c. 1. Voluit
etiam similem quia erat de sua
sempiterna et immutabili causa sta-
bilitate serviens placuit. ita que
universi creatori atque mode-
ratori deo ut que quia no-
tam multitudo angelorum perierit
ea que perierat imperpetuum perdi-
cione remaneret que autem
deo persisterint de sua certissime
cognita semper futura felicitate
gaudent. secunda vs nus
Quod numerus bonorum angelorum
qui diminutus est per ruinam
malorum ex hominibus suppleatur
et quod hic numerus sit deo notus
Incipit 29. Capitulum supra

29 [R]ationalem creaturam et rational[?]
que in hominibus erat quin-
peccatis atque suppliciis origina-
libus et propriis tota perierat ex
omni parte reparata quod ange-
lica societas ruina illa dya-
boli minuerat suppleatur. Hoc
enim promissum est resurgentibus
sanctis quod erunt equales
angelis dei. Ita superna Ierusa-
lem mater civitas dei nulla suorum
civium numerositate fraudabitur
sed uberiore et copia fortasse
regnabit. Neque enim iterum [?]
sunt sanctorum hominum aut immundorum
demonum numerum in quorum

locum succedentes filii sancte
matris que sterilis apparebat
in eterna in ea pace de qua illi
ceciderunt sine ullo temporis termino
permanebunt. Sed illorum civium
numerus sive qui est sive qui non
turus est in contemplatione est eius
artificis qui vocat ea que
non sunt tamquam que sunt atque
in mensura et numero et pondere cun-
cta disposuit. Secundum capitulum 30.
Quod non operibus quibus nec
per liberum arbitrium sed per se deli-
berare potuit genus humanum
in ea capitulum 30.

[S]ed hec pars generis humani 30
cui liberationem deus regnum-
que promisit eternum numquid meritis
operum suorum reparari potest. Absit.
Quid enim boni operatur perditus
nisi quantum fuerit a perditione li-
beratus. Numquid libero voluntatis
arbitrio male utens homo
et se perdidit et ipsum. Sicut enim
qui se occidit utique vivendo
se occidit sed se occidendo
non vivit nec se ipsum poterit
resuscitare cum occiderit. Ita
cum libero peccaretur arbitrio
victore peccato amissum est
et liberum arbitrium. A quo enim
quis devictus est huic
et servus addictus est. Petri certe
apostoli est ista sententia que cum

vera sit, qualis quaeso potest servi addicti esse libertas nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim servit qui sui domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est qui peccati servus est. Unde ad iuste faciendum liber non erit nisi a peccato liberatus esse iustitiae coeperit servus. Ipsa est vera libertas propter recti facti laetitiam simul et pia servitus propter praecepti obedientiam. Sed ad bene faciendum ista libertas unde erit homini addicto et vendito nisi redimat cuius illa vox est: Si vos filius liberaverit tunc vere liberi eritis. Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio in bono glorietur opere, qui nondum est liber ad operandum bene, nisi se vana superbia inflatus extollat, quam cohibet apostolus dicens: Gratia salvi facti estis per fidem. Sequitur capitulum 31 — Quod fides ac bona opera incipiunt gratia tribuunt. sec.

31 Et ne ipsam saltem sibi fidem sic homines arrogarent ut non intelligerent divinitus esse donatam, sicut idem apostolus alio in loco dicit ut fidelis esset misericordiam consecutum se esse, hic quoque addidit atque ait: Et hoc non ex vobis sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Et ne putaretur fidelibus bona defutura opera, rursus adiecit: Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis quae praeparavit deus ut in illis ambulemus. Tunc ergo efficimur vere liberi cum deus nos fingit, id est format et creat, non ut homines, quod iam fecit, sed ut boni homines simus, quod nunc gratia sua facit, ut simus in Christo nova creatura, secundum quod dictum est: Cor mundum crea in me deus. [illegible] renovatorem [illegible] demorantem in corde ipsa populat. Quod deus sit qui operatur in nobis et velle et perficere, sicut apostolus multipliciter praedicat et omnis scriptura divina testatur. Incipit capitulum 32.

Item ne quisquam, etsi non 32
de operibus, de ipso glorietur libero voluntatis arbitrio, tamquam ab ipso incipiat meritum, cui tamquam debitum reddatur praemium bene operandi ipsa libertas, audiat eundem gratiae praeconem dicentem: Deus est enim qui operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate. Et alio loco: Igitur non volentis neque currentis sed miserentis est dei. Cum procul dubio si ho-

eius etatis est ut ratione iam utatur non posset credere sperare diligere nisi vellet nec pervenire ad palmam superne vocationis dei nisi voluntate cucurrerit. Quomodo ergo non volentis neque currentis nisi quod ipsa voluntas sicut scriptum est a deo preparatur. Alioquin si propterea scriptum dictum est non volentis neque currentis sed miserentis est dei quia ex utroque fit id est ex voluntate hominis et misericordia dei ut sic dictum accipiamus non volentis neque currentis sed miserentis est dei tamquam diceretur non sufficit sola voluntas hominis si non sit. Hoc sic dictum est non volentis hominis sed miserentis est dei quia id voluntas hominis sola non implet. Porro si nullus christianus dicere audebit non miserentis est dei sed volentis est hominis ne apostolo apertissime contradicat, restat ut propterea recte dictum intelligatur non volentis neque currentis sed miserentis est dei, ut totum detur deo qui hominis voluntatem bonam et preparat adiuvandam et adiuvat preparatam. Precedit enim bona voluntas hominis multa bona dei sed non omnia. Que autem non precedit ipsa in eis est et ipsa. Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis: Et misericordia eius preveniet me, et misericordia eius subsequetur me. Nolentem prevenit ut velit, volentem subsequitur ne frustra velit. Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris utique nolentibus pie vivere nisi ut deus in illis operetur et velle? Itemque cur admonemur petere ut accipiamus nisi ut ab illo fiat quod volumus a quo factum est ut velimus? Oramus ergo pro inimicis nostris ut misericordia dei preveniat eos sicut prevenit nos; oramus autem pro nobis ut misericordia eius subsequatur nos. c. 33. Rubrica

Quod iusta dampnatione sub ira dei tenebatur genus humanum donec veniret salvator qui eos absolveret vel liberaret.

33

Tenebatur itaque iusta dampnatione genus humanum et omnes erant ire filii, de qua ira scriptum est: Quoniam omnes dies nostri defecerunt et in ira tua defecimus; anni nostri sicut aranea meditabuntur. De qua ira etiam dicit Iob: Homo natus ex muliere brevis vite et plenus ire. De qua ira dicit dominus Ihesus: Qui credit in filium habet vitam eternam

qui autem non credit non videbit vi-
tam eternam sed ira dei manet
super eum. Sic quippe omnis ho-
Ephe. 2 nascitur propter quod dicit apostolus
fuimus enim aliquando nos natura filii ire
sicut et ceteri. Instat tamen certe
homines per originale peccatum tanto
gravius et periculosius quanto
maiora vel plura insuper ad-
diderunt. seq. 38

De mirabili sacramento media-
toris dei et hominum incipit.

38 Necessarius erat media-
tor, i. reconciliator, qui hanc
iram sacrificii singularis, cuius
erant umbre omnia sacrificia
legis et prophetarum, oblatione pla-
caret. Unde dicit apostolus: Si enim
cum inimici essemus reconcili-
ati sumus deo per mortem filii eius,
multo magis reconciliati nunc
in sanguine eius salvi erimus
Ira dei ab ira per ipsum. Cum autem deus i-
rasci dicitur, non eius significatur
perturbatio qualis est in animo ira-
scentis hominis, sed ex humanis
motibus translato vocabulo
vindicta eius que non nisi ius-
ta est ire nomen accepit.
Quod ergo per mediatorem recon-
ciliamur deo et accipimus spiritum
sanctum ut ex inimicis efficiamur
filii, quotquot enim spiritu dei aguntur hi filii sunt dei, Ro.
hec est gratia dei per iesum christum
dominum nostrum. De quo mediatore longum
est ut quanta digna sunt talia
dicantur, quamvis ab homine
digne dici non possint. Quis
enim hoc solum congruentibus
explicet verbis quod verbum
caro factum est et habitavit in no-
bis, ut crederemus in dei patris
unicum filium natum de spiritu sancto
et virgine maria. Ita quippe verbum
caro factum est, a divinitate carne
suscepta, non in carnem divini-
tate mutata. Carnem quippe
hic pro homine debemus accipe-
re, a parte totum significante locutione,
sicut dictum est: quia ex operibus
legis non iustificabitur omnis
caro, i. omnis homo. Nam
nihil humane nature in illa sus-
ceptione prorsus est dicendum de-
fuisse, sed nature ab omni peccati nexu
omnimode libere, non qualis de
utroque sexu nascitur per
concupiscentiam carnis cum obli-
gatione delicti, cuius reatus
regeneratione abluitur. Sed
qualem de virgine nasci opor-
tebat, quam fides matris non
libido conceperat; que si vel
nascente illo corrumperetur eius
integritas, non iam ille de virgine

nasceretur alioquin falso quod absit
natum de virgine Maria tota confi-
tetur ecclesia que imitans eius
matrem cotidie parit membra
eius et virgo est. lege si places
de virginitate sancte Marie meas litteras
scriptas ad illustrem virumque
cum honore nomino Volusianum.
capitulum 37 [illegible]

De duabus naturis in una filii
dei persona constantibus in Christo

37 Proinde Christus Iesus dei filius
est et deus et homo. deus ante
omnia secula homo in nostro seculo
deus quia dei verbum deus enim
erat verbum. homo autem quia
in unitatem persone accessit verbo
dei anima rationalis et caro quo-
circa in quantum deus est ipse et pa-
ter unum sunt in quantum autem homo
est pater maior est illo. cum enim
esset unicus dei filius non
gratia sed natura ut esset plenus etiam
gratia factus est et hominis filius idem-
que ipse utrumque ex utroque unus
Christus quia cum in forma dei
esset non rapinam arbitratus
est quod natura erat id est esse
equalem deo exinanivit
autem se formam servi accipiens
non amittens vel minuens
formam dei. ac per hoc et minor
est factus et mansit equalis
utrumque unus sed dictum est sed
aliud propter verbum et aliud propter hominem
propter verbum equalis patri propter hominem
minor patre. unus dei filius
idemque hominis filius non duo
dei filii deus et homo sed unus
dei filius deus sine initio homo a cer-
to initio dominus noster Iesus Christus
capitulum 36 [illegible]

Quam sit evidens indicium ha-
bundantis gratie dei quod in homine
Christo utraque natura convenerunt ·ii· 36

Hic omnino granditer et evidenter
dei gratia commendatur. quid
enim natura humana in homine Christo meruit
ut in unitatem persone unici filii
dei singulariter esset assumpta.
Que bona voluntas cuius boni
propositi studium que bona opera
precesserunt quibus mereretur iste
homo ut una fieret persona cum deo
numquid antea fuit homo et hoc
ei singulare beneficium prestitum
est ut singulariter promereretur deum
Nempe ex quo homo esse cepit
non aliud cepit esse homo quam dei filius et hoc unicus
et propter deum verbum quod
illo suscepto caro factum est
utique deus ut quemadmodum
una persona quilibet homo anima
scilicet rationalis et caro ita sit Christus
una persona verbum et homo
unde nature humane tanta gloria
nullis precedentibus meritis sine

sine dubitatione gratuita insinuatur magnitudo et sola dei gratia fideliter et sobrie considerantibus cui deus cuncta ... ut intelligat homo per eandem gratiam se iustificari a peccatis per quam factum est ut homo Christus nullum posset habere peccatum. Sic et eius matrem angelus salutavit quando ei futurum annunciavit hunc partum: Ave gratia plena. Et paulo post: Invenisti gratiam apud deum. Et hec quidem gratia plena et hec invenisse gratiam apud deum dicitur ut domini sui immo omnium domini mater esset. De ipso autem Christo Iohannes evangelista cum diceret: Et verbum caro factum est et habitavit in nobis et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratia et veritate. Quod ait verbum caro factum est, hoc est plenum gratia; quod ait gloriam quasi unigeniti a patre, hoc est plenum veritate. Veritas quippe est ipse unigenitus dei filius non gratia sed natura gratia suscepit hominem tanta unitate persone ut idem ipse esset hominis filius et dei. Sequitur 37. // wov wov

Quod gratia demonstretur in hoc quod de spiritu sancto natus dicitur. Incipit xxxvii.

3

Idem namque Ihesus Christus dei unigenitus id est unicus dominus noster natus est de spiritu sancto et Maria virgine. Et utique spiritus sanctus dei donum est quod quidem et ipsum est equale donanti et ideo deus est et spiritus sanctus patre filioque non minor. Ex hoc ergo quod de spiritu sancto est secundum hominem nativitas Christi quid aliud quam ipsa gratia demonstratur? Cum enim virgo quesisset ab angelo quomodo fieret quod nunciabat, que quidem illa virum non cognovisset, respondit angelus: Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi; ideo et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et Ioseph cum vellet eam dimittere suspicatus adulterium quam sciebat non de se gravidam, tale responsum ab angelo accepit: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Se.

Quod quamvis non esset Christus secundum hominem filius spiritus sancti, modus tamen quo ipse de illo et de Maria virgine natus est explicabilis. Sic incipit capitulum 38.

38. Numquid tamen ideo dicturi sumus
patrem hominis christi esse spiritum
sanctum ut deus pater verbum ge-
nuerit, spiritus sanctus hominem ex
qua utraque substantia christus unus
esset et dei patris filius secundum
verbum et spiritus sancti filius
secundum hominem / quod quasi eum
spiritus sanctus tamquam pater eius
de matre virgine genuisset. Quis
hoc dicere audebit / Nec opus
est ostendere disputando quanta
alia sequantur absurda cum
hoc ipsum iam ita sit absur-
dum ut nullae fideles aures
id valeant sustinere / Proinde
sicut confitemur dominus noster iesus
christus qui de deo deus homo
autem natus est de spiritu sancto
et maria virgine utraque substantia di-
vina scilicet et humana filius uni-
cus est dei patris omnipotentis
de quo procedit spiritus sanctus
Quomodo ergo dicimus [illegible]
christum natum de spiritu sancto si
non eum genuit spiritus sanctus
an quia fecit eum. Quia dominus
noster iesus christus in quantum
deus est omnia per ipsum fa-
cta sunt in quantum autem homo
est et ipse factus est sicut
apostolus dicit factus est ei
ex semine david secundum carnem
sed cum illam creaturam
quam virgo concepit et peperit
quamvis ad solam personam filii
dei pertinentem tota trinitas
fecerit / neque enim separabilia sunt
opera trinitatis cum ea facienda
solus spiritus sanctus nominatus
est. An et quando unus trium in aliquo
opere nominatur universa operari
trinitas intelligitur / Ita vero
est et exemplis doceri potest / sed non est
in hoc diutius immorandum
Id enim movet quomodo dictum
sit natum de spiritu sancto cum
filius nullo modo sit spiritus sancti / neque
enim quia mundum istum fecit deus
dici eum fas est dei filium
aut natum de deo / sed factum
aut creatum vel conditum vel
institutum ab illo vel si quid
huiusmodi recte possumus
dicere / Hic ergo cum confiteamur eum
natum de spiritu sancto et maria virgine
quomodo non sit filius spiritus sancti
et sit filius mariae cum et de
illo et de illa natus sit explicare
difficile est. Procul dubio qui-
ppe non sic de illo ut de patre
sic autem de illa ut de matre
natus est sc. 39

Quod quo oriditur non potest
dici filium quidquid de ali-
qua nascitur et dici filium
de quo non nascitur. In-
cipit capitulum 39.

39

Non igitur concedendum est quod quidquid de aliqua re nascitur, continuo eiusdem rei filium nuncupandum sit. Ut enim omittam aliter esse nasci de homine nasci filium, aliter capillum vel pediculum, lumbricum, quorum nullus est filius; et ut haec omittam, quae tantae rei deformiter comparantur, certe qui nascuntur ex aqua et Spiritu sancto non aquae filios eos rite dixerit quispiam, sed plane dicuntur filii Dei Patris et matris Ecclesiae. Sic ergo de Spiritu sancto natus est filius Dei Patris et matris, non Spiritus sancti. Nam et illud quod de capillo diximus et ceteris, ad hoc tantum valet, ut admoneamur non omne quod de aliquo nascitur et filium eius de quo nascitur posse dici; sicut non omnes qui dicuntur alicuius filii consequens est ut etiam de illo nati esse dicantur, sicut sunt qui adoptantur. Dicuntur etiam filii gehennae non ex illa nati, sed in illam praeparati, sicut filii regni praeparantur in regnum. Secundum

Modus significans quomodo Christus de Spiritu sancto natus ut insinuet gratiam qua eius humanitas nullis praecedentibus meritis in ipsa conceptione Deo Verbo compilata est incipit.

Cum itaque de aliquo nascatur aliquid etiam non eo modo ut sit filius, nec rursum omnis qui dicitur filius de eo natus sit cuius dicitur filius, profecto modus iste quo natus est Christus de Spiritu sancto non sicut filius, et de Maria virgine sicut filius, insinuat nobis gratiam Dei qua homo nullis praecedentibus meritis in ipso exordio naturae suae quo esse coepit Verbo Deo copularetur in tantam personae unitatem ut idem ipse esset filius Dei qui filius hominis, et filius hominis qui filius Dei; ac si in naturae humanae susceptione fiet quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, quae nullum peccatum possit admittere. Quae gratia propterea per Spiritum sanctum fuerat significanda, quia ipse proprie sic est Deus ut dicatur etiam Dei donum. Unde sufficienter loqui, si tamen id fieri potest, valde prolixa disputatio est. R

Quod mors et resurrectio Christi necnon ipsius habens peccatum factus sit tamen pro nobis ipse peccatum incipit

X1 Nolla ergo voluntate
carnalis concupiscentie
seminatus sine concep-tus
et ideo nullum peccatum originaliter
trahens nullo proprio virge
nito non gratia sed natura in virtute
persone uno mirabili et ineffa
bili admictus atque concretus
sum est et ideo nullum peccatum ipse
committens tamen propter similitudinem
carnis peccati in qua venerat
dictus est et ipse peccatum sacrificium
videlicet diluendi peccati in veteri
quoque lege peccata nominabantur
sacrificia pro peccatis. quod vere
iste factus est cuius umbre
erant illa. Unde apostolus cum
dixisset obsecramus pro christo re
conciliari nos deo continuo
subiunxit atque ait: eum qui
non noverat peccatum pro nobis
peccatum fecit ut nos simus
iusticia dei in ipso. non ait
ut in quibusdam mendosis co
dicibus legitur: is qui non noverat
peccatum pro nobis peccatum fecit
tamquam nobis christus ipse
peccatum fecerit vel pro nobis non
fecerit. eum qui non noverat
peccatum, id est christum, pro nobis peccatum
fecit deus pater cui reconci
liati sumus, hoc est sacrificium
pro peccatis per quod reconciliari valere-

mus. ipse ergo peccatum ut nos iusticia
nec nostra sed dei nec in nobis
sed in ipso. sicut ipse peccatum non
suum sed nostrum nec in se sed in nobis
constitutum similitudine carnis peccati
in qua crucifixus est demon
straverit. Sequitur. Mr maw

Quod mors christi per sacramentum
baptismi significet. Augustinus

Et qui peccatum ei non X2
moreretur itaque quodammodo
peccato moritur dum moritur carni
in qua erat similitudo peccati et cum secundum
vetustatem peccati numquam ipse vi
xisset et in vitam ex morte vete
ri in peccato mortui fuimus re
viviscente vita nova sua
resurrectione significet. ipsum est
quod in nobis celebratur ma
gnum baptismatis sacramentum ut quicumque
ad istam pertinent gratiam
moriantur peccato sicut ipse peccato mor
tuus est quia carni mortuus
est tamen hoc est peccati similitudini
et vivant a lavacro renascendo
sicut ipse a sepulcro surrexit
resurgendo quamlibet corporis etatem
gerant. Sequitur. Mylostyw

Quod quacumque etati necessarium
sit baptismus christi. Maria vgo

A parvulo enim recenter X3
nato usque ad decre
pitum senem sicut nullus

prohibendus est a baptismo. ita nullus
est qui non peccato moriatur in baptismo
sed parvuli tantum originali, maiores
vero etiam omnibus moriuntur
peccatis quecumque male vivendo
addiderunt ad id quod nascendo
contraxerunt. ex Mauri
tio plerumque maiores singu-
lari peccato mori dicuntur in baptismo
cum liceat per plura peccata etiam pl-
uralis in remissione peccatorum baptizari
dicantur. vide in prologo &c

**Sed ideo et ipsi peccato mori
non pluribus dicuntur cum**
procul dubio non uni sed multis
peccatis omnibusque moriuntur
quecumque commiserunt iam propria vel
cogitatione vel locutione vel
opere quia et per singularem numerum plura-
lis numerus significari solet sed
ut ille uterumque armato
milite complent quamvis hoc
multis militibus fecerint. Et in
nostris litteris legitur Ora ergo dominum
ut auferat a nobis serpentem
et non ait serpentes quos
patiebatur populus ut hoc diceret
et innumerabilia sunt talia. cum
vero et illud originale unum pluraliter
numero significatur cum dicimus
in remissionem peccatorum illa est contraria
locutio qua per plurale significatur
numerus singularis. Sicut in
evangelio de Herode de mortuo dictum
est mortui sunt enim qui quere-
bant animam pueri non est
dictum mortuus est. Et in exo-
do fecerunt inquit sibi deos a-
ureos cum unum vitulum fece-
rint de quo dixerunt hii
sunt dii tui israel qui te edu-
xerunt de terra egypti et hic plu-
ralem ponentes pro singulari.
Sequitur ex [illegible]
Qualiter in uno peccato quod
per hominem intravit in mundum
inveniantur plura peccata

**Quamvis et in illo loco
peccato uno quod per unum**
hominem intravit in mundum et in
omnes homines pertransiit propter quod
et parvuli baptizantur possit intel-
ligi plura peccata si unum ipsum
in sua singula quasi membra
dividatur. nam et superbia est illic
quia homo in sua potius esse
quam dei potestate dilexit et
sacrilegium quia deo non credidit
et homicidium quia se ipsum pre-
cipitavit in mortem et fornicatio
spiritualis quia integritas mentis
humane serpentina suasione
corrupta est et furtum quia
cibus prohibitus usurpatus
est et avaricia quia plus quam
sibi sufficere debuit appetivit

Et si quid aliud in illo uno ad-
misso diligenti consideratione
inveniri potest. Ca. 86.

Quod non inconveniat dicatur parentum peccatis
parvulos filios obligari nisi gratia
et misericordia divina succurrat.

86 Parentum quoque peccatis
parvulos obligari non
solum primorum hominum sed et suorum de
quibus ipsi nati sunt non impro-
babiliter dicitur. Illa quippe di-
vina sententia reddam peccata patrum
in filios tenet eos utique ante-
quam per regenerationem ad testamentum
novum incipiant pertinere. Quod
testamentum prophetabatur cum diceretur
per Ezechielem non accepturos filios
peccata patrum suorum nec ulterius
futuram in Israel parabolam illam
Patres manducaverunt uvam acerbam et
dentes filiorum obstupuerunt. Ideo enim quisque
renascitur ut solvatur in eo quidquid
peccati est cum quo nascitur. Nam
peccata que male agendo postea
committuntur possunt et penitendo
sanari sicut et post baptismum fieri
videmus. Ac per hoc non est insti-
tuta regeneratio nisi quia vitiosa est
generatio usque adeo ut et de legitimo
matrimonio procreatus dicat
In iniquitatibus conceptus sum et in
peccatis concepit me mater mea in utero
me aluit. Neque hic dixit
in iniquitate vel peccato cum hoc dici
recte potuerit sed iniquitates et peccata
dicere maluit quia et in illo
uno quod in omnes homines
pertransiit atque tam magnum
est ut eo mutaretur et atque converte-
retur in necessitatem mortis humana natura
reperiuntur sicut supra disserui
plura peccata et alia parentum que
si non ita possunt mutare naturam
reatu tamen obligant filios
suos nisi gratuita gratia et
misericordia divina subveniat. Ca.

Non esse tunc affirmandum
ut etiam peccata parentum omnium usque ad Adam
compilanda in reatu quarte
generationis computentur. ca. 88

87 Sed de peccatis aliorum
parentum quibus ab ipso
Adam usque ad patrem suum progenito-
ribus suis quisque succedit
non immerito disceptari potest
utrum omnibus malis actibus et
multiplicatis delictis originali-
bus qui nascitur implicetur
ut tanto peius quanto quisque
posterior quisque nascatur. an ideo
deus in tertiam et quartam
generationem de peccatis parentum
posteris comminetur quia iram
suam quantum ad progenitorum
culpas non extendit ulterius
moderatione miserationis sue ne
illi quibus regenerationis

gratia non conferretur nimia
sarcina in ipsa sua etiam
dampnatione premeretur. Si cogere-
tur admixtio quibus humani omnis
precedencium parentum suorum
originaliter peccatum contrahat et pe-
nas peccatis debitas subinire
cum si quid aliud dicere tanta in
scripturis sanctis diligencius
perscrutatis atque tractatis valeant
vel non valeat temere
affirmare non audeo. sequitur
Ab originali peccato nullum posse
salvari nisi per mediatorem dei
et hominum Christum Ihesum. Incipit x8.

x8 Illud tamen unum peccatum quod
tantum in loco et
habitu tante felicitatis admissum
est ut in uno homine originaliter
atque ut ita dixerim radicaliter
totum genus humanum dampna-
retur non solvitur ac diluitur
nisi per unum mediatorem dei et
hominum hominem Ihesum Christum qui
solus potuit ita nasci ut ei
non esset opus renasci. sequitur
Ergo renasci in baptismo Iohannis
quam similiter ... mortis
dispensacionem suscipere voluit.
Incipit capitulum x9 Materia ma

x9 Non enim renati sunt
qui baptizabantur baptismate
Iohannis quo et ipse Christus
baptizatus est. Sed quodam precur-
sorio illius ministerio qui dicebat
Parate viam domino huic uni in
quo solo renasci poterant pa-
rabantur. Huius enim baptismus non
aqua tantum sicut fuit Iohannis
verum etiam in spiritu sancto ut de illo
spiritu renascatur quisquis in Christum
credidit de quo Christus generatus
regeneratione non indiguit. Unde
vox illa patris que super baptizatum
facta est Ego hodie genui te non
unum illum temporis diem quo bap-
tizatus est sed immutabilis eternitatis
ostendit ut illum hominem ad uni-
geniti personam pertinere monstraret
Ubi enim dies nec hesterni fine in-
choatur nec initio crastini
terminatur semper hodiernus dies
est. In aqua ergo baptizari voluit
a Iohanne non ut eius ulla
dilueretur iniquitas sed ut magna commen-
daretur humilitas. Ita quippe nichil
in eo baptismus quod ablueret
sicut mors nichil quod puniret
invenit ut dyabolus veritate iusticie
non violencia potestatis oppressus
et victus quoniam ipsum sine ullo
peccati merito iniquissime occiderat
per ipsum iustissime amitteret quos
peccati merito detinebat. Utrumque
igitur ab illo id est baptismus et mors
certe dispensacionis causa non mise-
randa necessitate sed miseratione potius

Voluntate susceptum est in peccatum
tollit mundi sicut unus peccatum
misit in mundum hoc est unum
sumpsit genus humanum sequitur
Quod gratia per non solum equale
nale peccatum sed cuncta simul
abstulit que addita invenit
capitulum quinquagesimum

70 Nisi quod ille unus peccatum
misit in mundum iste
vero unus non solum illud unum
sed cuncta simul abstulit que
addita invenit unde dicit
apostolus non sicut per unum peccantem
ita et donum nam iudicium quidem
ex uno in condempnacionem gratia
autem ex multis delictis in iusti-
ficacionem quia utique illud unum
quod originaliter trahitur etsi
solum sit obnoxios dampnacionis
facit gratia vero ex multis
delictis iustificat hominem qui
preter illud unum quod communiter cum omnibus
traxit sua quoque propria commisit
mala multa Ro 5

Omnem ex Adam natum in dam-
pnacione retineri et neminem nisi in Christo
renatum a dampnacione liberari

71 Verumtamen quod paulo
post dicitur Sicut per
unius delictum in omnes homines
in dampnacionem ita per unius
iusticiam in omnes homines in
iustificacionem vite satis indi-
cat ex Adam neminem natum

nisi dampnacione detineri et
neminem nisi in Christo renatum
a dampnacione liberari de qua
per unum hominem pena et per unum
hominem gratia cum locutus fuisset
quantum illi epistole loco suo suffi-
cere iudicavit Ro 6 Quomodo
equalis misterium baptismi in
cruce Christi apostolus commendavit in quo
non solum maiores sed et parvuli
salvantur capitulum

72 Deinde sic baptismatis in morte
Christi grande misterium
commendavit ut intel-
ligamus nichil aliud esse in Christo
baptismum nisi mortis Christi similitudinem
nichil autem aliud mortem Christi
crucifixi nisi remissionis
peccati similitudinem ut quemadmodum
in illo vera mors facta est sic
in nobis vera remissio peccatorum et
quemadmodum in illo vera resurrectio
ita et in nobis vera iustificacio
Quid ergo dicebamus permanebimus
in peccato ut gratia abundet Ro 6
quia dixerat superius ubi habun-
davit peccatum superhabundavit
et gratia et ideo questionem sibi ipse
proposuit utrum propter consequendam abun-
danciam gratie in peccato sit
permanendum sed respondit absit atque
subiunxit si mortui sumus
peccato quomodo vivemus in eo deinde
ut ostenderet mortuos
nos esse peccato an ignoratis

Ro 6 in[n]o[ra]tis quia quicumque baptizati
sumus in christo ihesu in morte
ipsius baptizati sumus Si ergo
hinc ostendimus mortuum esse
peccato quia in christi morte bapti-
zati sumus profecto et parvuli qui
baptizantur in christo moriuntur
peccato moriuntur quia in morte
ipsius baptizantur nullo excep-
to dictum est quicumque bapti-
zati sumus in christo ihesu in morte
ipsius baptizati sumus et ideo
dictum est ut probaretur mor-
tuos esse peccato cui autem peccato
parvuli renascendo moriuntur
nisi quod nascendo traxerunt
ac per hoc etiam ad ipsos pertinet
quod dicitur consepulti consepul-
ti enim sumus illi per baptismum in mor-
tem ut quemadmodum surrexit
christus a mortuis per gloriam
patris ita et nos in novitate
vite ambulemus Si enim con-
sepulti sumus similitudini mortis
ipsius simul et resurrectionis
erimus hoc scientes quia vetus
homo noster crucifixus est ut
evacuetur corpus peccati ut ultra
non serviamus peccato qui enim
mortuus est iustificatus est a peccato
si autem mortui sumus cum
christo credimus quia simul vi-
vemus cum eo scientes quia
christus surgens a mortuis

iam non moritur et mors illi ultra
non dominabitur quod autem mor-
tuus est peccato mortuus est
semel quod autem vivit vivit
deo ita et vos existimate vos
mortuos quidem esse peccato
viventes autem deo in christo ihesu hinc
enim probare cepit non esse nobis
permanendum in peccato ut gratia ha-
bundet et dixerat si mortui
sumus peccato quomodo vivemus in eo
ac quod ut ostenderet mortuos
nos nos esse peccato subiecit
an ignoratis quia quicumque ba-
ptizati sumus in christo ihesu in morte
ipsius baptizati sumus Sic itaque
totum locum istum conclusit ut cepit
mortem quippe christi sic insinuat
ut etiam ipsum mortuum esse diceret
peccato cui peccato nisi carni in
qua erat non peccatum sed similitudo
peccati et ideo nomine appellata peccati
baptizatis itaque in morte christi in qua
non maiores tantum verum etiam parvuli
baptizantur ait Sic et vos
id est quemadmodum christus sic et vos
existimate vos mortuos
esse peccato viventes autem deo in christo
ihesu Sequitur et cetera

Tunc admodum ea que in
cruce christi et sepultura et resur-
rectione atque ascensione sessione-
que ad dexteram patris gesta sunt
ita hec plane quesite conveniunt

Veniat signum etc.

73 Quid quid igitur gestum
est in cruce xpi in sepul
tura in resurrectione 3o die
in ascensione ad celum et sessione
ad dexteram patris ita gestum est
ut de hijs solum non mistice
tum dictis sed et gestis congrueret
uita xpiana que hic geritur.
nam propter crucem eius dictum est
Qui autem ihesu xpi sunt carnem
suam crucifixerunt cum vicijs
et concupiscencijs. propter sepulturam
dicitur consepulti enim sumus
xpo per baptismum in mortem. propter resurrectionem
ut quemadmodum surrexit xpus
a mortuis per gloriam patris ita
et nos in nouitate uite ambulemus.
propter ascensionem in celum sessionem
que ad dexteram patris. Si autem re
surrexistis cum xpo que sursum
sunt querite. ubi xpus est
in dextera dei patris sedens que
sursum sunt sapite non que
super terram. mortui enim estis
et uita uestra abscondita est cum
xpo in deo etc. Maria

Non pertinet ad hanc uitam
quod uiuos ac mortuos iu
dicandos ueniet de celo a cred.

74 Tertium uero quod de xpo confitemur
futurum quod de celo uenturus
est et uiuos iudicaturus ac mor
tuos non pertinet ad uitam nostram
que hic geritur quia nec in rebus
gestis sed in fine seculi gerendis.
Ad hoc pertinet quod apostolus
sequentius adiungit Cum xpus
apparuerit uita uestra tunc
et uos apparebitis cum ipso
in gloria. sequitur etc.

Duobus significat modis
quod uiuos et mortuos iudi
cabit incipit [illegible] 75

Duobus autem modis accipi
potest quod uiuos et mortuos
iudicabit. siue ut uiuos in
telligamus quos hic nondum
mortuos sed adhuc in ista
carne uiuentes inuenturus
est eius aduentus mortuos
autem qui decesserunt post quam ue
niat euenerint uel euenturi sunt.
siue ut uiuos iustos et mortu
os iniustos quia iusti et iniusti
iudicabuntur. aliquando enim iudicium
ponitur in malo unde id est
Qui autem male egerunt in resurrectionem
iudicij. aliquando et in bono secundum quod
dictum est Deus in nomine tuo
saluum me fac et in uirtute tua
iudica me. per iudicium quippe
dei fit ipsa bonorum malorumque
discretio ut liberandi a malo
non perdendi cum malis boni
ad dexteram segregentur. Unde
psalmista iudica me deus et discerne
causam meam de gente non
sancta etc. Maria [illegible]

Iudicium bono malo

Quod nomine spiritus
sancto tota trinitas co-
plectitur cur ordinetur spiritui
sancto ecclesia subiuncta
sit tanquam deo temp-
lum suum. Incipit

76 Cum autem de Iesu Christo
domino nostro filio dei
unico quod ad brevitatem
confessionis pertinet diximus ad-
iungimus sic credere nos et spiri-
tum ut illa trinitas compleatur
que deus est deinde sancta
commemoratur ecclesia. Unde datur
datur intelligi rationales creaturas
ad ierusalem liberam pertinentes per-
commemorationem creatoris id est summe
illius trinitatis fuisse subdendas quia
quidquid de homine Christo dictum
est ad unitatem persone unigeniti
pertinet. Rectus itaque confessionis
ordo poscebat ut trinitati sub-
iungeretur ecclesia tanquam habitatori
domus sua et deo templum
suum et conditori civitas sua que
tota hic accipienda est non
solum ex parte qua peregrinatur
in terris a solis ortu usque ad
occasum laudans nomen domini
et post captivitatem vetustatis cantans
canticum novum verum etiam ex illa
que in celis est semper ex quo
condita est cohesit deo nec
ullum malum sui casus experta
est et hec in sanctis angelis beata
persistit et sue parti peregrinanti sicut
oportet opitulatur quia utraque una
erit consortio eternitatis et nunc una
est vinculo caritatis que tota insti-
tuta est ad colendum unum deum.
Unde nec tota nec ulla pars eius
vult se coli pro deo nec cuiquam esse
deus pertinenti ad templum
quod edificatur ex diis quos facit
non factus deus. Ac per hoc spiritus
sanctus si creator non creatura
non creator esset profecto crea-
tura rationalis esset ipsa enim
est summa creatura et ideo in
regula fidei non poneretur ante
ecclesiam quia et ipse ad ecclesiam per-
tineret in illa eius parte que in
celis est nec haberet templum
sed etiam ipse dei templum esset. Te-
plum autem eius est de quo dicit apostolus
Nescitis quia corpora vestra templum
sunt spiritus sancti quem habetis a deo
de quibus alio loco dicit Ne-
scitis quia corpora vestra membra
Christi sunt quomodo ergo deus non est
qui templum habet aut Christo
minor est cuius membra
templum habet neque enim aliud templum
eius aliud templum dei est cum idem
apostolus dicat nescitis quia templum
dei estis quod ut probaret adiecit
et spiritus dei habitat in vobis. Deus
igitur habitat in templo suo
non solum spiritus sanctus sed

z pr z filius qui est decor
suo p quod sicus e corp^d eccle
q̄ inferiorib^9 estunt sit in omib^9
ipse p̄matu tenens aut sol
inter templu̅ h^c z intr̄ duo
reedificabo illud templu̅ go
dei i. totius fuie tunt^o facta
est ecclia s^c deuu̅ supra in celo et
infra sequit^r ca. welyrv

Quod inter ēm p̄mitiuoz que inter eē est nullu̅ sic intellum Incipit infra

7a **Sed dei^a que inter eē est affinitate quid possit**
nisi quod ullus inter malus
e. n^c quisq^s demoneps in ter
dit aut cassus est. Ex quo dey
angelis peccantibus no pepat
dicat scribit aplus petrus sed
carceribus caliginis inferni re
trudens tradidit iudicio p
uniendos. Ge^c. 48 Pur[illegible]

Quid sentiendu̅ sit de differentiis angeloz bonoz z uer. adeandez socie tate ptineant sol z luna et cetera sidera Incipit syn wovtech

7b **Quod licat aut scđissima**
Ista z ista socie^tas queri
sunt differentie ppositmarum
ut eu oms tamq^s generali noie
angeli nuncupen^r sicut in epla
ad ebreos legimus cui eni anglox
dixit deus alu sede ad dextris
meis hoc quippe modo signficat
oms deuu̅ super^r angelos dici sit
tu illic archangeli z uirtute idē
archangeli appellan^r uirtute^s
qu̅ ita dictu̅ est laudate eu̅
oms angeli eius laudate eu̅
oms uirtutes eius. Ac si dic^r
laudate omēs angeli eius
laudate eu̅ oms archangeli
eius. Et quid inter se distent
inter^er ista vocabula quibus
uniusum illatz celeste sociez
aplus uidet^r esse complexus
dicens siue sedes siue dña
tiones siue p̄ncipatus siue
ptates dicant qui pnt si tn̄
pnt pbare qd dicunt ego me
ista ignorare confitero s^tu^c
illud quide ēt ambiguo utr̄ ad eam
dem sociez ptineant sol et
luna z cetera sidera quamuis
no nullis lucida z corpa no
cu̅ sensu s^z intellig^a uideant^r.

Sequitur carm^en. Wzdy

Questio difficillima utru̅ e qualia corpa angeli habeant 7c

Item quibus explicet
q̄mo angeli cu̅ corporibus
suis apparuerint hoib^9 ut
non solu̅ uiderent^r uerum z tangere^r
z rursus no solida corpu
lentia s^z spualis potentia q̄sda
uisiones mentib^9 ut cum
dicant aliquid no ad auris

forinsecus quam intus anime homi-
nis et ipsi ibidem constituti sicut
scriptum est in propheticis libris. Et
dixit angelus qui loquebatur
in me, non ait loquebatur
ad me, sed in me, vel appareant
in sompnis et loquantur more
sompniorum, sicut in evangelio
Ecce angelus domini
apparuit in sompnis Joseph. Quibus
in modis indicant se angeli
dei contrectabilia corpora non habere
faciunt quam difficilis questio
quomodo Jacob cum angelo tam
solida contractione luctatus
sit, quomodo patres eorum pedes la-
verunt, cum ita quemadmodum
res fiant ut quisque coniectat
non inutiliter exercent inge-
nia si adhibeatur disputatio
moderata et absit error opi-
nantium se scire quod nesci-
unt. Sed cum opus est ut hoc
atque huiusmodi vel affirmentur
vel negentur vel diffiniantur
cum discrimine quando sine discrimine
nescitur. Beda cum 60

Quod maxime pro dei gratia
dinoscendum sit cum se sathanas
transfigurat in angelum lucis

60 Magnum opus est diiudicare
Magnum cognoscere cum se sathanas transfigurat in angelum lucis
ne fallendo ad aliqua perniciosa
seducat. Nam quando sensus corporis fal-
lit, mentem vero non movet a
vera rectaque sententia qua quisque
vitam fidelem gerit, nullum est
in religione periculum, vel cum se
bonum fingens ea facit sive
dicit que bonis angelis con-
gruunt, etsi credatur bonus non
est error christiane fidei periculo-
sus aut morbidus. Cum vero
per hec aliena ad sua incipit
deducere, tunc eum dinoscere nec
ire post eum magna et necessaria vigila-
ntia est. Sed hominis quilibet
homini ydoneus non est omnes
mortiferos dolos eius evade-
re nisi regat atque tueatur
deus et ipsa huius rei difficultas
ad hoc est utilis ne sit spes sua
cuique homini aut alter alteri sed
deus suorum id nobis potius
expedire nemo prorsus piorum
ambigit nemo sequitur 61

Cum haberemus plenam noticiam
celestis curie vel qualis mors
de ceteris angelis fieri dicatur

Hec ergo que in sanctis an- 62
gelis et virtutibus dei est
ecclesia tunc nobis sicuti est in-
notescet cum ei coniuncti fuerimus
in fine ad simul habendam beatitudinem
sempiternam. Ista vero que ab illa
peregrinatur in terris eo nobis notior
est quod in illa sumus et quia

hominum est. quod et nos sanguine
hec sanguis mediatoris reconciliat
peccatum ab omni redempta et pacato
omnis quia et dominus si deus pro nobis
quis contra nos qui filio suo
proprio non pepercit sed pro nobis omnibus
tradidit illum / non enim pro angelis
mortuus est christus sed pro eis
et angelis sic quod quod in gracia hominum
per eius mortem redempcionem et
liberatur a malo quod cum omnes
quodammodo redit graciam post
inimicicias quas inter homines
et sanctos angelos peccata fecerunt
et ipsa hominum redempcione ruine
vero et ipsa illius angelice de
triunitatis reparantur. Capitulum 62.
Quod angeli sancti docti de
deo noverint numerum qui ex hominibus
accessurus est ad supplementum
superne civitatis. Incipit Materia
62 Utique noverunt sancti
angeli docti de deo cuius
veritatis eterna contemplacione beati
sunt quanti in eorum supplementum
de genere humano integritas illius
civitatis expectat / Hinc ait apostolus
instaurari omnia in christo que in celis
sunt et in terris in ipso instaurantur
quippe que in celis sunt cum
id quod inde in angelis lapsum
est ex hominibus redditur. Iusta
instaurantur autem que in terris sunt
cum ipsi homines qui predestinati

sunt in eternam vitam a corrup-
cionis vetustate renovantur
Ac si per id singulare sacrificium
in quo mediator est ymmo-
latus quod unum multe in lege
que victime fuerant prefigura-
bant pacificantur celestia
cum terrestribus cum celestibus
quia sicut apostolus dicit in Colo. 1
ipso complacuit omnem ple-
nitudinem divinitatis inhabitare
et per eum reconciliari omnia
in ipso pacificans per sanguinem
crucis eius sive que in celis
sunt sive que in terris. Capitulum 63
Quomodo accipitur pax dei que
precellit omnem intellectum, verum
sit a nobis dicitur vel qualis
pace hominis cum angelis
Pax ista sicut scriptum 63
precellit omnem intellectum
neque sit a nobis nisi cum ad
eam venerimus. potest enim
eum pacificantur celestia et
nobis id est concordando nobis
cum nam ibi semper est pax
et inter se omnibus intellectu-
alibus creaturis et cum suo
creatore que pax ista precel-
lit ut vera est deum omnem
intellectum / sed utique nostrum
non eorum qui semper vident
faciem patris. Nos autem quanti-
cumque sit in nobis intellectus
ex parte scimus nunc

perfectum et videmus in enigmate cum vero equales angelis dei fuerimus tunc quemadmodum et ipsi vident videbimus facie ad faciem et tantam pacem habebimus erga eos quantam ipsi erga nos quia tantum eos diligemus quantum ab ipsis diligimur. Itaque pax eorum nobis nota erit quia et nostra talis ac tanta erit nec precellet tunc intellectum nostrum dei vero pax que illic erit erga nos et nostrum et eorum intellectum sine dubitatione precellet / de ipso est quippe beata rationalis creatura quecumque beata est non ipse de illa / Unde secundum hoc melius accipitur quod scriptum est pax dei que precellit omnem intellectum ut in eo quod omnem dixit nec ipse intellectus sanctorum angelorum possit esse exceptus sed solius dei / non enim et ipsius intellectum pax eius precellit.

Sequitur 65 Nota ma.

Quomodo nunc angeli nobiscum concordent et remissio peccatorum in baptismo et post eius incrementa sit.

65 Concordant etiam multum nobiscum angeli cum nunc remittuntur peccata. Ideo post commemorationem sancte ecclesie in ordine confessionis ponitur remissio peccatorum / Per hanc enim stat ecclesia que in terris est per hanc non perit quod perierat et inventum est. Excepto quippe baptismi munere quod contra peccatum originale donatum est ut quod generatione attractum est regeneratione detrahatur et activa quecumque peccata quecumque ore corde opere commissa invenerit tollit. Hac ergo excepta magna indulgentia unde incipit hominis renovatio in qua solvitur omnis reatus et ingeneratus et additus ipsa etiam vita cetera iam ratione utentis etatis quantalibet prepolleat fecunditate iusticie sine remissione peccatorum non agitur / quoniam filii dei quamdiu mortaliter vivunt cum morte confligunt et quamvis sic de illis veraciter dictum / Quotquot spiritu dei aguntur hii filii dei sunt sic tamen spiritu dei excitantur et tamquam filii dei proficiunt ad deum ut in spiritu suo maxime cum aggravantur corruptibili corpore tamquam filii hominum in quibusdam humanis motibus deficiant ad se ipsos et ideo peccent / Interest quidem quantum neque enim quia peccatum est omne crimen ideo crimen est omne peccatum.

Sequitur 64

Quod iniquitas criminum [illegible] [illegible] bonis [illegible]

agi debeat ipsa penitentia **Iacobi**

67 Ita quia sanctorum hominum vita

quamdiu in hac mortali vivitur

inveniri posse dicimus

sine crimine. peccatum autem si dixeri-

mus non habemus ut ait tantus apostolus nos

metipsos seducimus et veritas

in nobis non est. Sed neque de ipsis

criminibus quamlibet magnis remi-

ttendis in sancta dei ecclesia

dei misericordia desperanda non est

agentibus penitentiam secundum modum

sui cuiusque peccati. In actione autem pe-

nitentie ubi tale commissum est ut

is qui commisit a Christi etiam corpore

separetur non tamen consideranda

est mensura temporis quam doloris.

Cor enim contritum et humiliatum

deus non spernit. Verum quia plerumque

dolor alterius cordis occultus

alteri nec ad notitiam eorum per verba

vel quecumque alia signa proce-

dit cum sit coram illo cui dicitur

gemitus meus a te non est

absconditus recte constituuntur ab

his qui ecclesie presunt tempora

penitentie ut fiat etiam satis ecclesie

in qua remittuntur ipsa peccata.

extra eam quippe non remittuntur.

Ipsa namque proprie spiritum sanctum pignus

accepit sine quo non remittuntur

ulla peccata ita ut quibus re-

mittuntur vitam consequantur eternam.

Sequitur 66. **capitulum**

Quod remissio peccatorum ad

futurum iudicium pertineat cum in hac

vita etiam parvuli baptizati

diversimode cruciantur quorum

dampnatio pene imposite reservatur

66 Magis enim propter futurum

iudicium fit remissio peccatorum.

In hac autem vita usque adeo va-

let quod scriptum est grave

iugum super filios adam a die

exitus de ventre matris eo-

rum usque in diem sepulture

in matrem omnium ut etiam parvulos

videamus post lavacrum regenera-

tionis diversorum malorum afflic-

tione cruciari ut intellig-

amus totum quod salutaribus

agitur sacramentis magis

ad spem futurorum bonorum

quam ad retentionem vel ado-

ptionem presentium pertinere. Multa

etiam mala hic videntur ignosci

et nullis suppliciis vindicari

sed eorum pene reservantur in po-

sterum. Neque enim frustra dies ille

ubi est iudex vivorum et mortuorum iam in

dicio futuro reservantur. Fru-

stra. ille dicitur dies

iudicii cum venturus est iudex

vivorum et mortuorum sicut e con-

trario vindicantur hic aliqua et

tamen si remittuntur profecto in fu-

turo seculo non nocebunt.

Unde et de quibusdam temporalibus

penis que in hac vita peccantibus

rogantur eis coram patri dolor-
ne iesumen. insuit ait apostolus
1 cor. 11 Si enim nosmet ipsos iudica-
remus a domino non diiudicaremur
cum iudicamur autem a domino cor-
ripimur ne cum hoc mundo dam-
pnemur. Deinde qui intra ecclesiam
katholicam scelestissime vi-
uunt et nullo penitencie gerunt
ac sibi salvacionem per ignem
promittunt. Sequitur 6a.

6a Credunt autem quidam
eos qui nomen christi non relinquunt
et eius lavacro in ecclesia bapti-
zantur nec ab ea ullo scismate
vel heresi abscinduntur in quantis-
libet sceleribus vivant que nec
diluant penitendo nec ele-
mosinis redimant sed in eis
usque ad huius vite ultimum
diem pertinacissime perseve-
rant salvos futuros per ignem licet
magnitudine facinorum
flagiciorumque diuturno non tamen
eterno igne puniri. Sed qui
hoc credunt et tamen katholici sunt
humana quadam benivolencia
michi falli videntur. Nam
scriptura divina aliud consulta
respondet. Librum autem de hac
questione conscripsi cuius ty-
tulus est de fide et operibus
ubi secundum scripturas sanctas
deo adiuvante potui demon-
stravi eam fidem salvos

facere quam satis evidenter ex-
pressit paulus apostolus dicens in
christo enim ihesu neque circumcisio valet
neque preputium sed fides que per
dilectionem operatur. Si autem male
non bene operatur procul dubio
secundum apostolum jacobum mortua
est in semetipsa qui rursum
ait si fidem quis se dicat
habere opera autem non habeat numquid
poterit fides salvare eum porro
ro autem si homo scelestus propter
solam fidem per ignem salvatur
sic est accipiendum quod ait
apostolus paulus ipse autem salvus
erit sic tamen quasi per ignem poterit
ergo salvari sine operibus fides
et falsum erit quod dixit eius
coapostolus jacobus falsum erit et
quod idem apostolus dicit nolite
inquit errare neque fornicato-
res neque idolis servientes neque
adulteri neque molles neque ma-
sculorum concubitores neque fures
neque avari neque maledici neque
ebriosi neque rapaces regnum dei
possidebunt. Si enim et in istis
perseverantes criminibus tamen propter fi-
dem christi salvi erunt quomodo in
regno dei non erunt. Sequitur 68

Quid sentiendum sit de his
qui super fundamentum edificant
et sic sunt qui per ignem salvantur
et qualis sit iste ignis.

68 Ecce quia hec explicata a manifestissima et apertissima testimonia falsa esse non possunt id quod obscure dictum est de his qui superedificant supra fundamentum quod est Christus non aurum argentum lapides preciosos sed ligna fenum stipulam de his enim dictum est quod per ignem probati salvi erunt quia fundamenti merito non peribunt. Sic enim intelligendum ut hi quoque qui non inveniuntur esse contrarii ligna scilicet fenum et stipula non absurde accipi possunt rerum secularium quamvis licite concessarum tales cupiditates ut amitti sine dolore non possunt. Cum autem iste dolor urit si Christus in corde fundamenti habet locum id est ut ei nichil ante ponatur et malit homo qui tali dolore uritur rebus quas ita diligit magis carere quam Christo per ignem fit salvus. Si autem res huiusmodi temporales ac seculares tempore temptacionis maluerit tenere quam Christum eum in fundamento non habuit quia hec priore loco habuit cum in edificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis enim de quo eo loco est locutus apostolus Paulus talis debet intelligi ut ambo per eum transeant idem qui edificat super hoc fundamentum aurum argentum lapides preciosos et qui edificat ligna fenum stipulam. Cum enim hec dixisset adiunxit Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permanserit quod superedificavit mercedem accipiet. Si cuius autem opus fuerit exustum dampnum patietur ipse autem salvus erit sic tamen quasi per ignem. Non igitur unius eorum sed utriusque opus ignis probabit. Est quidem ignis temptacio tribulacionis de qua aperte alio loco scriptum est Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptacio tribulacionis. Iste ignis in ista interim vita facit quod ait apostolus si accidat duobus fidelibus uni scilicet cogitanti que dei sunt quomodo placeat deo hoc est edificanti supra fundamentum Christum lapides preciosos aurum argentum et lapides preciosos alteri autem cogitanti que sunt mundi quomodo placeat uxori id est superedificanti eidem fundamento ligna fenum et stipulam illius enim opus non exuritur quia non ea dilexit quorum amissione crucietur exuritur autem opus huius quia sine dolore non pereunt que cum amore possessa sunt sed quia altera condicione proposita eis potius mallet

carere quam possessione, ut timore amittendi talia deserit Christum, quamvis minus doleat cum amittit, salvus est, sic tamen quasi per ignem. Urit enim dolor rerum quas dilexerat amissarum, sed non subvertit neque consumit fundamentum stabilitate atque incorruptione munitum.

Secundum Augustinum nonnullos credi posse etiam fieri post hanc vitam igne purgatorio per quem salvantur qui hic terrena dilexerunt et per Christum contrarium gesserunt etc.

69 Tale etiam aliquid post hanc vitam fieri incredibile non est, et utrum ita sit quaeri potest, et aut inveniri aut latere, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari, non tamen tales de quibus dictum est quod regnum Dei non possidebunt, nisi convenienter paenitentibus eadem crimina remittantur. Convenienter autem dixi, ut steriles in eleemosynis non sint, quibus tantum divina scriptura tribuit, ut earum tantummodo fructum se imputaturum praenuntiet Dominus dextris, et earum tantum sterilitatem sinistris, cum his dicturus est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum; illis autem: Ite in ignem aeternum.

Sequitur ca[pitulum] [illegible]

Cavendum esse ne putemus nefanda crimina eleemosynis posse redimi in stabilitis vitiis abstinendi etc. Blanck

Sane cavendum est ne quisquam existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt regnum Dei non possidebunt, cotidie perpetranda et eleemosynis cotidie redimenda. In melius quippe vita mutanda est, et per eleemosynas de peccatis praeteritis propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodam modo, ut ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit Deus laxamentum peccandi, quamvis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur, ut propter orationem dominicam non tantum cotidiana peccata sed etiam [illegible] crimina deleri [credantur]. Sequitur ca.

De cotidianis autem brevibus levibusque peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, cotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere: Pater noster qui es in caelis, qui iam patri tali regeneratione renati sunt ex aqua et spiritu sancto. Delet

et ipsi a quibus iniqua fidelium et scelerate gesta sed penitendo in melius mutata discedunt. Sicut enim quemadmodum dicitur dimitte nobis debita nostra quoniam non desunt que dimittantur ita etiam dicitur sicut et nos dimittimus debitoribus nostris id est fiat quod dicitur quia et hoc ipsum elemosina est veniam petenti homini ignoscere ac propter hoc ad omnia que utiliter fiunt valet quod dominus ait date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Sequitur 72

De multis quibus elemosinis incipit

72 Non solum ergo qui dat esurienti cibum sitienti potum nudo vestimentum peregrinanti hospicium fugienti latibulum egro vel incluso visitacionem captivo redempcionem debili subvectionem ceco deductionem tristi consolacionem non sano medelam erranti viam deliberanti consilium et quod cuique necessarium est indigenti verum etiam qui dat veniam peccanti elemosinam dat et qui emendat verbere in quem potestas datur vel coercet aliqua disciplina et tamen peccatum eius quo ab illo lesus vel offensus est dimittit ex corde vel orat ut ei dimittatur non solum in eo quod dimittit atque orat verum etiam in eo quod corripit et aliqua emendatoria pena plectit elemosinam dat quia misericordiam prestat. Multa enim bona prestantur invitis quando eorum consulitur utilitati non voluntati quia ipsi sibi inveniuntur inimici amici vero eis illi potius quos inimicos putant et reddunt errando mala pro bonis cum reddere mala non debeat christianus. Multa itaque sunt genera elemosinarum que cum facimus adiuvamur ut dimittantur nobis nostra peccata. Sequitur capitulum 73

Qualis sit elemosina perfecta 73

Sed eo nichil est maius quam ut ex corde dimittamus quod in nos quisque peccavit. Minus enim magnum est erga eum esse benivolum sive etiam beneficum qui tibi nichil mali fecerit. Illud multo grandius et excellentissime bonitatis est ut tuum inimicum diligas et ei qui tibi malum vult et si potest facit tu bonum semper velis faciasque ei quod possis audiens dicentem ihesum. Diligite inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt vos persequimini et orate

pro eis qui vos persequuntur pa-
storum sunt isti filiorum dei ...
quidam scilicet omnis fidelis ex
tende et quantum cum ad finem
effectum orandum deum scilicet
nondum luctando ... perducere

Sequitur ca. xcm capitulum

Posse eos qui peccata non
faciunt dimitti peccata si ipsi
dimittant ex corde petenti-
bus scilicet debitoribus suis. c.

Ca Tamen qualiter tam nova
quam bonum tamen nescimus
nos et ipsi redimus quando dicimus in
oratione dominica et dimitte nobis de-
bita nostra et procul dubio alba
possessionis [illegible] ...
nos domine ita perficiat ut ... dili-
gat inimicum tamen qui rogatur
absolvere qui peccavit et eum ut ei di-
mittat dimittit ex corde quia
et sibi roganti vult utique dimit-
ti cum orat et dicit sicut et nos di-
mittimus rogantibus debito-
ribus nostris. Sequitur ca.

Non esse deputandum in-
imicum qui pro peccato suo monetur. c.

Ca Quisquis autem non rogat
nec peccanti sine penitentia
ex corde dimittit, vel domino esti-
met ... sua peccata dimitti
... veritas non potest
... lateat audi-
tore sine lectore quos dixit

Ego sum via veritas et vita quia
cum docuisset orationem hanc in ea
portam suam vehementer comme-
ndavit dicens si enim dimiseritis
hominibus peccata eorum dimittet
et vobis pater vester celestis peccata
vestra. Si autem non dimiseritis
hominibus nec pater vester dimittet
vobis peccata vestra. Ad tam magnum
tonitruum qui non expergiscitur
non dormit sed mortuus est et
ille potens est mortuos susci-
tare. Incipit cap. ca

De eis qui sceleratissime vivunt
et testimonia domini obviunt qui ait
date elemosinam et ecce omnia munda sunt

Ca Nam cui vero inique putat
hominem rogat si pro suo
monetur ut roget non est adhuc
deputandus inimicus ut eum
diligere sit difficile sicut difficile
erat cum inimicitias exercebat

Sequitur capitulum ca

Relatemus ad se peccata dimitti
eis qui peccati petentibus non
dimittunt ex corde

Ca Mirme qui scelleratissime
vivunt nec curant tales vitam
moresque corrigere et inter ipsa faci-
nora et flagitia sua elemosinas fa-
cere non cessant frustra se
ipsos blandiuntur quia dominus ait da-
te elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis. Si enim quam late

patent non intelligunt sed
ut intelligant attendant quod
dixit dominus in ewangelio sicut
scriptum est cum loqueretur rogavit
eum quidam phariseus ut pran
deret apud se et ingressus recu
buit phariseus autem cepit
intra se reputans dicere quare
non baptizatus esset ante pran
dium et ait dominus ad illum nunc
vos pharisei quod deforis
est calicis et catini mundatis quod autem
intus est vestrum plenum est ra
pina et iniquitate stulti nonne
qui fecit id quod foris est et
illud quod intus est fecit tum
ut et quod intus est mundum
fiat verumtamen quod super est date
elemosinam Ita nec hic intellexerunt
simul ut pharisei non habenti
bus fidem xpi et si mensam non cre
diderunt nec renati fuerunt ex
aqua et spiritu munda fuerunt omnia
tamen si elemosinas dederint sicut
isti eas dandas putarunt cum
sint immunda omnia quos non
mundat fides xpi de qua scriptum
est mundans fide corda eorum
Et dicit apostolus in mundis et
infidelibus nichil est mundum
sed polluta sunt eorum et mens
et conscientia Immo ergo pharisei ista
munda essent si elemosinas darent
et fideles non essent si in xpo
crederent et eius gratiam renasci
noluissent et tamen verum est quod
audierunt date elemosinam
Sequitur cam ag

Quod a se ipso debeat incipere
qui vult elemosinam ordi
naliter facere sicut dominus docuit
increpando phariseos etc.

Qui enim vult ordinate dare — A 8
elemosinam a se ipso debet inci
pere et eam sibi primum dare est
enim elemosina opus misericordie verissime
de qua dictum est miserere anime
tue placens deo propter hoc enim
renascimur ut deo placeamus
cui merito displicet quod
nascendo contraximus haec est
prima elemosina quam nobis dedi
mus cum nosmetipsos miseros per
misericordiam dei miserantis invenimus
iustum iudicium eius confitentes
quo miseri effecti sumus de quo
dicit apostolus iudicium quidem
ex uno in condempnacionem magni
tudini caritatis eius gratias agentes
de qua idem ipse dicit gratie
predicator commendat autem suam
dilectionem deus in nobis quoniam
cum adhuc peccatores essemus
xpus pro nobis mortuus
est ut nos veraci de nostra
miseria iudicantes et dei

caritatem quam ipse donavit
diligentes pie et recte vivamus
ut mundiciam et castitatem. Dicit enim
phariseis precipit decimas
aut tantum pro elemosinis quas
faciebant ex quecumque minu-
tissima fructuum suorum
et non dabant elemosinas ex ipsis
insipientes scilicet prius minus
facientes / sicud enim isti eas
dedisse putent / pro quo di-
lectionis ordinem datum est.
Diliges proximum tuum sicut te
ipsum / cum ergo increpasset eos
quod foris tantum lavabant
intus autem rapina et iniquitate
pleni erant / admonens quandam
elemosinam quam sibi homo debet
primitus dare id est interiora
mundare / verum tamen quod quod
superest date elemosinam et ecce omnia
sunt vobis / Deinde ut ostenderet
quid admonuisset et quid
ipsi facere non curarent, ne
illum putarent eorum elemosinas
ignorare, sed ve vobis pharise-
is inquit quasi diceret ego quidem
commonui vos elemosinam dandam
per quam vobis munda sunt
omnia, sed ve vobis qui decimatis
mentam et rutam et omne ole-
ras enim novi elemosinas vestras
ne de illis me nunc vos
admonuisse arbitremini et preteritis iudi-
cium dei et caritatem qua elemosina po-
ssitis ab omni inquinamento interiori
mundari ut vobis munda essent
et corpora que mundatis. Hoc est enim
omnia scilicet interiora et exteriora sicut
alibi legitur mundate que intus
sunt et que foris sunt munda
erunt. Sed ne istas elemosinas
que fiunt de fructibus terre
respuisse videretur, hec inquit
oportet facere id est iudicium et caritatem
dei et illa non pretermittere id est elemosinas
fructuum terrenorum. Oc. ag

Quod multi se seducunt qui
largissimis elemosinis fructuum su-
orum vel pecunie sibi indulgen-
ciam operari confidunt in fla-
giciis ac facinoribus permanentes

Non ergo se fallant qui
per elemosinas fructuum
suorum vel cuiuscumque pecunie
impunitatem se emere existi-
ment in facinorum suorum im-
manitate ac flagitiorum nequi-
cia permanendi. Non solum
enim hec faciunt sed ea ita di-
ligunt ut in eis semper perpetrare
optent tamen si possint impune
versari. Qui autem diligit iniqui-
tatem odit animam suam, et
qui odit animam suam non
est in eam misericors sed crudelis

diligendo eam quippe secundum
se/ odit eam secundum
dominum/ Si ergo vellet ei dare
clavem per quam iuncta essent
omnia/ odisset eam secundum se
et diligeret secundum deum/ Nemo
autem dat clavem qualemcumque/ nisi
det deum ab illo accipiat qui
non eget/ sed deum est inna-
cens spiritualiter me etc. 80

Quod levia vel quia peccata
dico sunt pensando iudicio
proximis tuo omnibus quamvis
levissimis sequitur orare debes
ad dominum Incipit

Que sunt ante levia que
ingravia peccati non solum
sed dico sunt pensanda iudicio
videmus cum quadam corporis
speciali ignoscendum esse con-
cessum quale id est quod ait
venerabilis paulus coniugibus
nolite fraudare invicem nisi
ex consensu ad tempus ut vacetis
orationi/ et iterum in id ipsum reverti-
mini ne vos temptet sathanas
propter incontinentiam vestram quod
putari posset non esse peccatum
nisi preceptum coniugii non filiorum
procreandorum causa quod bonum
est nuptiale sed carnis
et voluptatis et fornicationis

sive adulterium sive cuiusdam
alterius in iudicio mortifer-
um malum quod tamen est etiam
dicit/ quo sit libido peccatum
si temptante sathana in con-
tinenti super infirmitas/ po-
sset ergo ut dixi hic putari
non esse peccatum nisi addidi-
sse hoc autem dico secundum in-
dulgentiam non secundum imperi-
um quis autem peccatum esse ne-
gat cum dat veniam facientibus
applicata fatetur auctoritas ubi
dicit audeat aliquis vestrum
adversus alterum negotium habens
iudicari apud iniquos et non
apud sanctos/ paulo plus se-
cularia igitur iudicia si habu-
eritis in quibus eos qui contemp-
tibiles sunt in ecclesia hos
constituite ad iudicandum/ ad
verecundiam vobis dico sic non
est inter vos quisquam sapiens
qui possit inter fratres iudicare
sed frater cum fratre iudicio con-
tendit/ et hoc apud infideles
iam quidem possit putari in-
dicium adversus alterum non esse
peccatum sed tantum quod etiam
vellem iudicari nisi secundum
adiungeret iam quidem omnino
delictum est in vobis quod iudicia

Hec vobis[?] et ne quisquam
excusaret ut diceret iustum
se habere negotium sed iniquitatem
se pati quam vellet a se iudi-
cium sententia removeri conti-
nuo talibus cogitationibus
vel excusationibus occurrit
atque ait: Quare non
magis iniuriam patimini? Quare
non potius fraudamini? ut
ad id redeatur quod dominus ait:
Si quis voluit tunicam tuam
tollere et in iudicium tecum procedere
dimitte illi et pallium; et ab eo
eo qui abstulit[?] tua
noli repetere. Prohibuit itaque
nos de secularibus negotiis
et rebus habere iudicium ex qua
doctrina apostolus dicit esse delic-
tum. Tamen cum sinit in ecclesia talia
iudicia fieri inter fratres fratribus
iudicantibus, sed ceterum vero
terribiliter vetat, manifestum
est etiam hic secundum veniam conce-
datur infirmis. Propter hec atque
huiusmodi peccata alia licet istis
minora que fiunt verborum et cogi-
tationum offensionibus apostolo
Iacobo confitente atque di-
cente: In multis enim offendimus
omnes, oportet cottidie crebroque o-
remus dominum atque dicamus:
Dimitte nobis debita nostra;
nec in eo quod sequitur mentiamur:
sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris. Sequitur. Si

De quibusdam peccatis que levi-
ssima putarentur nisi graviora
in scripturis esse demonstrarentur. 81

Sunt autem que levissima
putarentur nisi in scripturis
demonstrarentur opinione graviora.
Quis enim fatue dicentem fra-
tri suo reum gehenne putaret nisi
veritas diceret? Cui tamen vulneri
subiecit continuo medicinam,
preceptum fraterne reconciliationis
adiungens moxque ait: Si
offers munus tuum ante altare.
Aut quis estimaret quam ma-
gnum peccatum sit dies observare
et menses et annos et tempora,
sicut observant hii qui certis die-
bus et annis sive mensibus vo-
lunt vel nolunt aliquid incho-
are, eo quod secundum vanas doctrinas
hominum fausta vel infausta exti-
mant tempora, nisi huiusmodi mali
magnitudinem ex timore apostoli
penderemus qui talibus ait: Ti-
meo ne forte sine causa la-
boraverim in vobis. Sequitur[?] 82

Quod et magna peccata cum
in consuetudinem venerint aut parva aut
nulla esse creduntur. fiat hola 82

Huc accedit quod peccata qua-

Res magna et horrenda cum in consuetudinem venerint aut parva aut nulla esse creduntur, usque adeo ut non solum occultanda verum etiam predicanda ac diffamanda videantur, sicut scriptum est: laudatur in desideriis anime sue. Talis in divinis libris iniquitas clamor notatur, sicut habes apud Ezechiam prophetam de vinea mala: Expectavi inquid ut faceret iudicium, fecit autem iniquitatem et non iustitiam sed clamorem. Unde et in Genesi: clamor Sodomorum et Gomorreorum multiplicatus est coram me, quia non solum puniebantur apud eos illa flagitia verum etiam publice velut leges frequentabantur. Sic modo nostris temporibus multa mala et si non talia in apertam consuetudinem iam venerunt, ut pro his non solum excommunicare aliquem laicum non audeamus sed nec clericum degradare. Unde cum exponerem ante aliquot annos epistolam ad Galatas, in eo ipso loco ubi ait apostolus: Timeo ne forte iam sine causa laboraverim in vobis, exclamare compulsus sum: Ve ve peccatis hominum que sola inusitata ex-

horrescimus; usitata vero, pro quibus abluendis sanguis Christi effusus est, quamvis tam magna sint ut omnino contra se claudi faciant regnum dei, sepe videndo omnia tolerare, sepe tolerando nonnulla etiam facere cogimur. Atque utinam o domine non omnia que non potuerimus prohibere faciamus. Sed videte utrum immoderatus dolor incaute me compulerit dicere. 8z

De duabus causis ignorantie et infirmitatis quibus peccamus

83 Hoc nunc dico quod in aliis opusculorum meorum locis iam sepe dixi: duobus modis peccamus, scilicet aut nondum videndo quid facere debeamus, aut non faciendo quod debere fieri iam videmus. Quorum duorum illud ignorantie malum est, hoc infirmitatis. Ignorantia Infirmitas

Contra que quidem pugnare nos convenit, sed profecto vincimur nisi divinitus adiuvemur, ut non solum videamus sed etiam accedente sanitate dilectio iustitie vincat in nobis earum rerum delectationes quas vel habere cupiendo vel amittere metuendo scientes videntesque peccamus. Iam non solum peccatores sumus, quod eramus et cum per ignorantiam peccabamus, verum et legis prevari-

creditores enim id est non facimus
quod non faciendum esse scimus
quia vel non solum si peccantibus
ut ignoscat vel quod dicimus
Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debito-
ribus nostris verum eciam ne peccemus
ut regat vel quod dicimus
Ne nos inferas in temptacionem
rogandus est cui dicitur
in psalmo Dominus illuminacio mea
detrahit ignoranciam et salus
infirmitatem. Capitulum 82

Quod gracia dei necessaria est
ut peccatori pudor ut penitencia
agatur. Incipit capitulum 83.

8x Nam et ipsam penitenciam quam
digna causa est secundum
rigorem ecclesie ut agatur
plerumque infirmitate non agitur
tamen quia pudor et timor est
displicendi dum plus delec-
tat hominum estimacio quam
iusticia qua se quisque humili-
at penitendo. Unde non solum
cum agitur penitencia verum eciam
ut agatur dei gracia necessaria est.
Alioquin non diceret apostolus de
quibusdam ne forte det illis
deus penitenciam et ut petrus a-
mare fleret premisit evangelista
et ait respexit eum dominus.

Sequitur capitulum 84
Quod spiritus in spiritum sanctum

irremediabiliter peccent qui
in ecclesia katholica remitti sibi peccata
usque ad finem mundi non fore
non credunt etc. wyclyffe 8-

Qui in ecclesia dimitti peccata
non credens contempnit
tantam divini muneris largitatem
et in hac obstinacione mentis
diem claudit extremum reus
est illo irremissibili peccato in spiritum
sanctum in quo Christus peccata dimittit.
De qua questione difficillima
in quadam vel solo conscripto
libello quantum tam elucidatissime
pertenui disputavi. Capitulum 85

De ultima atque generali corporum
carnis. Incipit capitulum 86

Iam vero de resurrectione carnis
non sicut quidam revixerunt
iterum que mortui sunt sed in eter-
nam vitam sicut Christi ipsius
resurrectio quam admonens possi-
bilem disputare omnibus
questionibus que de hac re
moveri solent satisfacere
non in nomine resurrecturam
tamen carnem omnium qui nati sunt
hominum atque nascentur et mortui
atque morientur nullo modo debet du-
bitare christianus. Capitulum 87.

Neque eciam monstra que
nascuntur et vivunt quamvis
cito moriantur resurrectura
negabuntur aut resurrectura

88

Questio de abortivis fetibus

Hic de primo occurrit de abortivis fetibus questio
qui iam quidem nati sunt
in uteris matrum sed nondum
ita ut eis possint renasci.
Si enim resurrecturos eos dixerimus,
de his qui iam formati sunt tolerari potest
utcumque quod dicitur. Informes
vero abortivos quis non
proclivius perire arbitretur, sicut
semina que concepta non fuerint?
Sed nec quis negare audeat,
licet affirmare non valeat, id
acturam resurrectionem ut quidquid
forme defuit impleatur,
atque ita non desit perfectio que
accessura fuit cum tempore, que
admodum non erunt vitia que
accessura erant tempore, ut neque
ex dies neque quod aptum et
congruum dies attulerant fraudetur,
nec quod
adversum atque contrarium dies attulerant
vitia temporis; sed integretur
quod nondum erat integrum
sicut restaurabitur. 88

Disputatio questionis quando incipiat
homo in utero matris vivere
cum ad resurrectionem pertinere
credatur. Incipit

Hinc profecto scrupulosissime quidem
inter doctissimos
viros queri ac disputari potest
quod utrum ab homine inveniri
possit ignoro quando incipiat
homo in utero vivere: utrum
sit quedam vita occulta
que nondum motibus viventis
appareat. Nam negare vixisse
puerperia que propterea membratim
exsecantur ut eiciantur
ex uteris pregnantium, ne matres
quoque si mortua ibi relinquantur
occidant, impudentia
nimia videtur. Ex quo autem
incipit homo vivere ex illo
utique iam mori potest; mortuus
vero ubicumque mors illi potuit
evenire, quomodo ad resurrectionem pertineret
ac mortuorum reperire non
possum. Sequitur 89

De monstris que nascuntur
et cito moriuntur cum concordia de
cum deformi vel bimembris

87

Neque enim monstra que nascuntur
et vivunt, quamlibet cito
moriantur, aut resurrectura
negabuntur aut resurrectura
credenda sunt, et non potius
correcta emendataque natura.
Absit enim ut illum bimembrem

qui nuper natus est in oriente
de quo fratres fidelissimi qui
eum viderunt retulerunt et sancte
memorie Ieronimus presbiter
conscriptum aut scriptum reliquit.
Absit in quam ut unum hominem
duplicem ac non potius duos
in futurum quod fuerunt si gemini
nascerentur resurrecturos ex-
istimemus. Ac cetera singulis
partum vel amplius vel minus
aliquid habendo vel quadam ni-
mia deformitate monstra di-
cuntur ad humane nature figuram in-
tegre revocabuntur ita ut sing-
ule anime singula sua corpora
obtineant nullis coherentibus
etiam quecumque coherentia nata
fuerant sed seorsum sibi singula
sua membra gestantibus
quibus humani corporis completur
integritas. Capitulum 90

Quod omnis caro hominis mor-
tui in quibuslibet elementis trans-
mutetur anime quam reliquit pre-
revocatur. Incipit capitulum

90 Non autem deo perit terre-
na materies de qua mortalium
creatur caro si in quemlibet
pulverem cinerem ve solvatur
etiam in quoslibet halitus auras que
et diffugiat in quamque aliorum corporum
substantiam vel in ipsa elementa vertatur
in quorumcumque animalium etiam
et hominum cibum cedat carnemque
mutetur illi anime humane puncto
temporis redit que illam primitus
ut homo fieret cresceret et viveret
animavit. Capitulum 91

Non esse consequens ad easdem
corporis partes ubi lapsa sunt
in resurrectione revocari sicut in
statue solubilis metalli

Ipsa itaque terrena materies 91
que discedente anima fit
cadaver non ita in resurrectione reparabitur
ut ea que dilabuntur et in alias
atque alias aliarum rerum species
formas que vertuntur quamvis
ad corpus redeant unde
dilapse sunt ad easdem cor-
poris partes ubi fuerunt redi-
re necesse sit. Alioquin si capillis
capitis redit quod tam crebra
tonsura detraxit si unguibus
quod totiens dempsit
exsectio immoderata et in-
decens cogitantibus et ideo
resurrectionem carnis non credentibus
occurrit informitas sed
quemadmodum si statua cuius-
libet solubilis metalli igne
liquesceret aut contereretur in pul-
verem aut funderetur in massa
et eam vellet artifex rursus

rursus eiusdem materie quantitate
vellet reparare ut in ea esset si-
cut eandem integritatem que ex particu-
la materie cuicumque membro
statue redderetur dum tamen totum
ex quo constituta fuerat restituta
resumeret ita deus mirabilis
et ineffabilis artifex de toto
quo caro nostra constiterat eam
eam mirabili et ineffabili celeritate
restituet nec aliquid attinebat
ad eius reintegrationem utrum
capilli ad capillos reddeant
et ungues ad ungues an quicquid
quod eorum perierat mutetur in car-
nem et partes alias corporis revocetur
curante artificis providentia ne
quid quod indecens fiat scilicet.

Sequitur capitulum 92 Ponitur
Utrum equales sint an diverse
stature vel figure resurgentium
corporum. Incipit [illegible]

Nec illud consequens est ut ideo
92 diversa sit statura rediviviscentium
singulorum qui fuerunt
diversa viventium ut macri cum
eadem macie aut pingues
cum eadem pinguedine reviviscant.
Sed si hoc est in consilio
creatoris ut in effigie sua cuiusque
proprietas et discernibilis similitudo
servetur in ceteris autem corporis
bonis equalia cuncta reddantur
ita modificabitur illa in uno-
quoque materies ut nec aliquid
quod ex ea pereat et quod alicui
defecerit ille suppleat qui
etiam de nichilo potuit quod
voluit operari. Si autem in mem-
bris resurgentium rationa-
bilis equalitas est sed vocu-
quibus cantus impletur sic fiet
cuique de materia quod et homines
reddat angelicis cetibus
et nichil in corpore in quo veniens
ingerens sensibus inde de-
corum quippe aliquid non erit
sed reformabitur quod est futurum
est si non decebit scilicet 93

Qualiter resurgant sanctorum
corpora sine ullo vicio sine
ulla deformitate corruptione

Resurgent ergo sanctorum
corpora sine ullo vicio si- 93
ne ulla deformitate corruptione
onere difficultate in quibus
tanta facilitas quanta
felicitas erit. Propter quod et spiritua-
lia dicta sunt cum procul dubio
corpora sint futura non
spiritus. Sed sicut nunc corpus
animale dicitur quod tamen corpus
non anima est ita tunc
spirituale corpus erit cor-
pus tamen non spiritus erit. Proinde

atinet ad corrupcionem que
nunc agravat animam et ad
vicia quibus caro adversus
spiritum concupiscit tunc non erit
caro sed corpus / quia et cele
stia corpora perhibentur / propter quod
dictum est caro et sanguis non
possidebunt regnum dei tamquam
exponens quod dixit neque cor
rupcio incorrupcionem po
ssidebit quod dixit corrupcio
et quod prius regnum dei hoc
postius incorrupcionem / quantum
autem atinet ad substanciam eciam
tunc caro erit propter quod et post
resurreccionem corpus christi caro
appellata est / sed non ait apostolus
seminatur corpus animale resur
get corpus spirituale / Quia
tanta erit tunc concordia car
nis et spiritus vivificante spiritu
sine sustentaculi alicuius indige
ncia subdita carne ut nil
nobis repugnet et nobis sed
sicut foris neminem tunc
ita nec intus nos ipsos
paciemur inimicos etc. 97
Quinto: circa illa resurgent que
amissa perdicionis non sunt disti
97 Quicumque non ab illa perdicionis
massa que facta est per primum
primum non liberantur per unum

mediatorem dei et hominum resur
gent quidem et ipsi unusquisque
cum carne sua Sed ut cum
diabolo eiusque angelis puniantur
utrum sane ipsi cum viciis et de
formitatibus corporum suorum
resurgant quecumque in eis
viciosa et deformia membra
gestaverunt in inquirendo labo
rare quid opus est neque enim
fatigare nos debet incerta eorum
habitudo vel pulcritudo quorum
erit certa et sempiterna dampnacio
nec moveat quomodo in eis erit
corpus incorruptibile si mori
non poterit aut quomodo corrup
tibile si dolere poterit non
est enim vera vita nisi ubi feliciter
vivitur nec vera incorrupcio nisi
ubi salus nullo dolore cor
rumpitur ubi autem infelix anime
mori non sinitur ut ita dicam
mors ipsa non moritur et ubi dolor
perpetuus non interimit sed affli
git ipsa corrupcio non finitur
hec in sanctis scripturis secunda mors
dicitur Sequitur 98
Quod nec prima nec secunda mors
homini accidisset si non adam
peccasset et quod ipsius in pri
[illegible] mitissima
tamen erit pena parvulorum

97 Hec pena tamen qua sine corpore
anima relinquere cogitur nec
secunda qua penale corpus anima
relinquere non permittitur homini
accidisset si nemo peccasset
Mitissima sane omnium pena erit
eorum qui preter peccatum quod originale
traxerunt nullum insuper addiderunt
et tamen quisque ibi tollerabiliorem
habebit damnationem quanto hic
minorem vel maiorem habuit ini-
quitatem Sequitur 96 Capitulum
Quod remanentibus impiis
in damnatione eterna tunc scient
iusti quid boni eis contulerit
gratia Incipit capitulum

96 Remanentibus itaque in eterna
damnatione angelis et hominibus reprobis
in eterna pena tunc sancti scient
plenius quid boni eis contulerit
gratia tunc rebus ipsis eviden-
tius apparebit quod in psalmo
scriptum est misericordiam et iudicium
cantabo tibi domine quia nisi per
indebitam misericordiam nemo liberatur
et nisi per debitum iudicium nemo
damnatur Sequitur 95
Quod omnia que nos latent
tunc non latebunt

95 Tunc non latebit quod nunc
latet cum de duobus parvulis unus
esset assumendus per misericordiam
et alter relinquendus per iudicium
in quo is qui assumeretur agnosceret
quid sibi per iudicium deberetur nisi domini
misericordia subveniret cur ille
potius quam iste esset assumptus
cum una causa foret ambo-
bus cur apud quosdam non
facte sunt virtutes que si facte
fuissent egissent illi homines
penitentiam et facte sunt apud eos
qui non fuerant credituri aper-
tissime namque dominus dicit Ve
tibi corozaym ve tibi bedzay-
da quia si in tyro et sydone
facte fuissent virtutes que facte
sunt in vobis olim in cinere
et cilicio penitentiam egissent nec
utique deus iniuste noluit sal-
vos fieri cum possent salvi
esse si vellent tunc in clari-
ssima sapientie luce videbitur
quod nunc piorum fides habet antequam
manifesta cognitione videatur
quam certa et immutabilis et effi-
cacissima sit voluntas dei
quam multa possit et non
velit nichil autem velit
quod non possit quamque
sit verum quod in psalmo canitur
deus autem noster in celo sursum omnia que-
cumque voluit fecit quod utique
non est verum si aliqua voluit
et non fecit et quod est indignius
ideo non fecit quia ne fieret

quod volebat omnipotentis volun
tas hominis impedimunt / non
ergo sit aliquid nisi omnipotens
fieri velit vel sinendo ut
fiat vel ipse faciendo etc.
Quod vera confessione ac
deum omnipotentem de bene
facere etiam cum sinit fieri ma
lum Incipit capitulum 98
98 Nec dubitandum est deum
bene facere et sinendo fieri
quecumque fiunt male non enim
hoc nisi iusto iudicio sinit
et profecto bonum est omne quod
iustum est / quamvis ergo ea
que mala sunt in quantum
mala sunt bona non sint / tamen
ut non solum bona sed etiam
sint et mala bonum est / nam
nisi esset hoc bonum ut essent
et mala nullo modo esse sinerentur ab
omnipotente deo bono / cui procul
dubio quam facile est
quod vult facere tam facile est
quod non vult esse non sinere
hoc nisi credamus periclitatur ipsum
nostre confessionis initium
qua nos in deum patrem om
nipotentem credere confitemur / neque
enim ob aliud veraciter vocatur
omnipotens nisi quoniam quicquid vult
potest / nec voluntate

cuiuspiam creature voluntatis
omnipotentis impeditur effectus etc.
Questio de textu quod dicit apostolus
quod omnes homines vult salvos
fieri Incipit capitulum 99 Rubrica 99
Quam ob rem videndum est
quemadmodum sit de deo
dictum / quod et hic apostolus verissime
dixit / omnes homines vult
salvos fieri / cum enim non omnes
sed multo plures non fiant salvi /
videtur utique non fieri quod vult
deus fieri / humana scilicet voluntate
impediente voluntatem dei.
Cum enim queritur causa / cur non
omnes salvi fiant / responderi
solet / quia hii noluerunt / quod
de parvulis dici non potest
quorum non est velle seu
nolle / nam quod in fantulinomine
faciunt si eorum voluntati
iudicetur esse tribuendum / cum ba
ptizantur cum resistunt quantum
possunt et nolentes eos salvos
fieri deberemus / sed apertius
dominus in evangelio compellens in
pium civitatem quotiens inquit
volui congregare filios tuos
sicut gallina pullos suos
et noluisti / tamquam dei volun
tas superata sit hominum voluntatibus
et infirmissimis nolendo impedientibus

non potuerit potentissimus quod volebat / et ubi est illa omnipotentia / qua in celo et in terra omnia que cumque voluit dominus fecit / si colligere filios iherusalem voluit et non fecit / cum potius / illa quidem filios suos ab ipso colligi noluit / sed ea quoque nolente filios eius collegit quos ipse voluit / quia in celo et in terra non que dam voluit et fecit quedam vero voluit et non fecit sed omnia quecumque voluit fecit. De^r 100

Quod omnipotentia dei malas hominum voluntates in bonum convertat / et quare iacob ab esau sit distinctus

100 Quis porro tam impie desipiat ut dicat deum malas hominum voluntates quas voluerit quando voluerit ubi voluerit in bonum non posse convertere / Sed cum facit per misericordiam facit / cum autem non facit per iudicium non facit / quoniam cuius vult miseretur / et quem vult obdurat / quod ut diceret apostolus gratiam commendabat / ad quam commendandam de rebecce utero geminis fuerat iam locutus / quibus nondum natis nec aliquid agentibus boni seu mali / sed ut secundum electionem propositum dei permaneret / non ex operibus sed ex vocante dictum est ei / quia maior serviet minori / propter quod adhibuit alterum propheticum testimonium ubi scriptum est iacob dilexi esau autem odio habui. Sentiens quemadmodum possit hoc quod scriptum est permovere eos qui penetrare intelligendo non possunt hanc altitudinem gratie / quid dicemus ait numquid iniquitas est apud deum / absit. Iniquum quippe cum videtur ut sine ullis bonorum malorumve operum meritis unum deus diligat et oderit alterum. Qua in re si futura opera vel bona huius vel mala illius que deus utique presciebat vellet intelligi nequaquam diceret non ex operibus sed diceret ex futuris operibus / eoque modo istam solveret questionem / immo nullam quam solvere opus esset faceret questionem / Nam cum respondisset absit id est absit ut iniquitas apud deum sit / mox ut probaret nulla hoc iniquitate dei fieri / moysi enim dicit miserebor cui misertus ero / Quis enim nisi insipiens deum iniquum putet sive indebitam penam irrogat digno sive misericordiam prestet indigno / Deinde

infert et dicit igitur non vo-
lentis neque currentis sed miserentis
est dei. Ambo itaque gemini na-
tura filii ire nascebantur nullis qui-
dem operibus propriis sed originaliter
ex adam vinculo dampnationis
obstricti/ Sed qui dixit miserebor
cui misertus ero Jacob dilexit
per misericordiam gratuitam/ esau autem
odio habuit per iudicium debitum
/quod cum deberetur ambobus in alio
alter agnovit non de suis di-
stantibus meritis sibi esse glo-
riandum quod in eadem causa
idem supplicium non incurrit
sed de divine gratie largitate quia
non volentis neque currentis
sed miserentis est dei altissimo
cui sane saluberrimo sacramento
universa faciens atque ut ita
dixerim vultus sacrarum scripturarum
bene intuens id monere videtur
ut qui gloriatur in domino glorietur

Sequitur commendatio
iudiciorum dei secundum quod ostendit
apostolus in obduratione pharao-
onis Incipit capitulum 101

Cum apostolus dei misericordiam
commendasset in eo quod
ait igitur non volentis
neque currentis sed miserentis

est dei deinde ut etiam iudicium
dei commendaret qui in quo non
fit misericordia non iniquitas sed
iudicium/ non est quippe iniqui-
tas apud deum continuo subiunxit
ad quod ait dicit scriptura pharaoni
quia ad hoc excitavi te ut
ostendam in te virtutem meam
et ut annuntietur nomen meum in
universa terra/ Quibus dictis
utrumque concludens .i. et ad mi-
sericordiam et ad iudicium ergo in-
quit cui vult miseretur et quem
vult obdurat nec iniquitate
ut nec liberatus de suis meritis glo-
rietur nec dampnatus nisi
de suis meritis conqueratur. Sola
enim gratia redemptos discernit a per-
ditis quos in unam concreverat
perditionis massam ab origine
ducta causa communis/ Hoc autem cum quis
ita audit ut dicat quid
adhuc conqueritur nam voluntati
eius quis resistit tamquam
malus propterea non videatur
esse culpandus quia deus cuius
vult miseretur et quem vult obdurat
absit ut pudeat nos hoc respondere
quod respondisse videmus apostolum
O homo tu quis es qui res-
pondeas deo numquid dicit figmentum
ei qui se finxit quid me fecisti

sic. An non habet potestatem figulus
luti ex eadem massa facere aliud
vas quidem in honorem aliud
in contumeliam. Hoc loco enim
quod stulti putant apostolum in
responsione defecisse et inopia re-
dendae rationis repressisse contra-
dictoris audaciam. Sed magnum
habet pondus quod dictum est O ho-
mo tu quis es qui respondeas deo.
Et talibus quippe hominibus adhuc capa-
citatis considerationem ignorantibus
verbo quidem brevi sed re ipsa
magna est reddita ratio. Si enim
haec non capiunt quis es qui respondeas
deo. Si autem capiunt magis non inveniunt
quid respondeant. Vident enim si capiunt
sic universum genus humanum tam
iusto iudicio divino in apostatica
radice damnatum ut etsi nullus
inde liberaretur nemo recte posset dei
vituperare iustitiam. Et qui liberantur
sic oportuisse liberari ut ex pluribus
non liberatis atque in damnatione ius-
tissima derelictis ostenderetur quid
meruisset universa conspersio et quo
etiam istos debitum iudicium dei
damnaret nisi eius indebita
misericordia subveniret. Ut volentium
de suis meritis gloriari omne os
obstruatur et qui gloriatur in domino
glorietur. De eminencia operis dei
qua fit ut de malis hominum
voluntatibus bona ipse
suam impleat voluntatem.
Incipit capitulum 102. Ame

Haec sunt magna opera domini
exquisita in omnes vol-
untates eius et tam sapienter
exquisita ut cum angelica
et humana creatura peccasset id est non quod
ille sed quod voluit ipsa fe-
cisset et per eandem voluntatem
qua factum est quod creator
noluit impleret ipse quod voluit
bene utens et malis tamquam
summe bonus ad eorum damp-
nationem quos iuste praedesti-
navit ad poenam et ad eorum
salutem quos benigne praede-
stinavit ad gratiam. Quantum enim
ad ipsos attinet quod deus no-
luit fecerunt. Quantum vero ad omni-
potenciam dei nullo modo id efficere
valuerunt. Hoc quippe ipso quod
contra voluntatem dei fecerunt
de ipsis facta est voluntas eius.
Propterea namque magna opera
domini exquisita in omnes vo-
luntates eius ut miro et
ineffabili modo non fiat praeter
voluntatem eius quod etiam contra

lo2

100

Voluntates omnis sic ut non fieret
si non fierent nec essent nec
bona sunt. Si volens utique
vult bonus fieri male nisi
omnipotens et de malo possit facere
bonum. Aliquando autem bona voluntate
homo vult aliquid quod
Deus non vult et ipse bona
multo amplius multoque certius
voluntate. Nam illius mala
voluntas esse nunquam potest tamquam
si bonus filius patrem velit
vivere quem Deus bona vol-
untate vult mori. Et rursus fieri
potest ut hoc velit fieri homo
voluntate mala quod Deus
vult voluntate bona. velud
si malus filius velit mori
patrem. hoc etiam velit Deus. Nempe
ille vult quod non vult Deus
iste vero id quod vult et Deus
vult et tamen pietas consonat
quamvis aliud volentis quam
huius idem volentis impietas. tantum
interest quid velle sit
homini quod Deo congruat
et ad quem finem suam quisque
referat voluntatem ut approbetur
vel improbetur. Nam Deus
quasdam voluntates suas
utique bonas ita implet
per malorum hominum voluntates
malas sicut per Iudeos ma-
livolos bona voluntate patris
Christus pro nobis occisus est.
Quod tam bonum fuit ut
apostolus Petrus quando id fieri no-
lebat satanas ab ipso qui
occidi venerat diceretur. Quam
bone apparebant voluntates
fidelium qui nolebant apostolum
Paulum Ierusalem pergere ne ibi pa-
teretur mala que Agabus
propheta predixerat et tamen illa
Deus pati volebat pro annunci-
anda fide Christi exercens martirem.
Neque istam bonam voluntatem
suam Deus implevit per Christianorum
voluntates bonas sed per Iudeorum
voluntates malas et ad eum
potius pertinebant qui nole-
bant quod volebat quam illi
per quos volentes factum est quod
volebat quia id ipsum quidem
sed ipse per eos bona illi autem
mala voluntate fecit ipse.

Quod quante sint voluntates
que conveniant aut non conveniant
voluntati Dei invicta permanet vo-
luntas Dei. Incipit 102 Buoh

Sed quantelibet sint voluntates
vel angelorum vel hominum vel
bonorum vel malorum vel id quod
Deus vel aliud volentes facere
quam Deus Dei omnipotentis voluntas
semper invicta est que mala esse

iniqua pertinet cum mala ex
rogat iusta est et profecto que
iusta est mala non est. Deus
igitur omnipotens sive per misericordiam
cui vult misereatur sive per iudi
cium quem vult obduret nec
inique aliquid facit nec nisi
volens quodcumque fiat et omnia
quecumque vult facit. c. 103
Quomodo intelligatur deum velle
omnes homines salvos fieri

Ac per hoc cum audimus et in sacris
litteris legimus quod velit
omnes homines salvos fieri non
tamen ideo derogandum omnipotentissime
dei voluntati aliquid sed
ita intelligendum quod scriptum est
qui omnes homines vult salvos
fieri tamquam diceretur nullum hominem
fieri salvum nisi quem velit
ipse fieri salvum non quod nullus
sit hominum nisi quem salvum
velit fieri sed quod nullus sal
vus fiat nisi quem ipse velit
et ideo sit rogandus ut velit
quia necesse est fieri si voluerit
de orando quippe deo agebat
apostolus cum hoc diceret. Sic enim
intelligimus et quod in evangelio
scriptum est qui illuminat omnem
hominem venientem in hunc
mundum et ideo quia nullus est
hominum qui non illuminetur sed quia
nisi ab ipso nullus illuminatur.
Aut certe sic dictum est qui omnes
homines vult salvos fieri non
quod nullus hominum esset quem
salvum fieri nollet qui virtutes
miraculorum facere noluit apud
eos quos dicit acturos fuisse
penitentiam si fecisset sed ut omnes
homines omne genus hominum
intelligamus per quascumque
distributum differentias reges
privatos nobiles ignobi
les sublimes humiles doc
tos indoctos integri corporis
debiles ingeniosos tardi
cordes fatuos divites
pauperes mediocres mares
feminas infantes pueros
adolescentes iuvenes se
niores senes in linguis omnibus
in omnibus moribus in omnibus
artibus in professionibus
omnibus in voluntatum et con
scientiarum varietate innumerabili
constitutos et si quid aliud
differentiarum est in hominibus. Que est
enim gens unde non deus
per unigenitum filium suum
dominum nostrum de omnibus gentibus
salvos homines fieri velit
et ideo faciat quia omnipotens velle

2

in carne non potest quamquam do-
luit. Precepit enim apostolus ut
oraretur pro omnibus hominibus
et precipue addiderit pro regibus
et his qui in sublimitate sunt
qui putari poterant fastu
potentie et superbia secularis
fidei christiane humilitatem abhorrere.
Proinde dixit hoc enim bonum
est coram salvatore nostro deo
id est ut pro talibus oretur
statim ut desperationem tolleret
addidit qui omnes homines
vult salvos fieri et in agnitionem
veritatis venire. Hoc quippe deus
bonum iudicavit ut orationibus
humilium dignaretur salutem
prestare sublimium. quod utique
iam videmus impletum. Isto
locutionis modo et dominus usus
est in evangelio ubi ait phariseis
decimatis mentam et rutam
et ciminum et omne olus. neque
enim pharisei et quecumque aliena
et omnium per omnes terras alienigenarum
omnia olera deci-
mabant. Sicut ergo hic omne
olus omne olerum genus ita
et illic omnes homines omne hominum
genus intelligere possumus
et quocumque modo alio intelligi potest
dummodo tamen credere non cogamur

aliquid omnipotentem voluisse
fieri factumque non esse qui sine ullis
ambiguitatibus in celo et in
terra sicut veritas cantat omnia
quecumque voluit fecit profecto
voluit facere quecumque fecit. 103.
Quod prescius deus primum hominem
peccaturum predestinavit bene facere
de malo omnis incipit 104 cam

Quippe et primum hominem deus in ea 107
salute in qua conditus erat
custodire voluisset eumque opportuno
tempore post genitos filios sine inter-
positione mortis ad meliora
perduceret ubi iam non solum
peccatum non committeret sed nec vo-
luntatem posset habere peccandi sed
permanendi sine peccato sicut sancti
fuerint perpetuam voluntatem tantum
esse prescisset. Quia vero eum
male usurum libero arbitrio id
est peccaturum esse prescivebat ad hoc
potius preparavit voluntatem suam
ut bene ipse faceret et de male fa-
ciente ac sic hominis voluntas
mala non evacuaretur sed nichilominus
impleretur omnipotentis bona volu-
ntas semper. 105. Amen

Qualem oportuit primum hominem 106
fieri et qualis per gratiam futurus sit.

Sic enim oportebat primus homines
fieri ut et bene velle posset

et male nec gratis sibi ut imperare
si male peccando fieret ut male ne-
cessario possit nec eo libero careret
arbitrio. Multo quippe liberius erit
arbitrium quod omnino non poterit
servire peccato. Neque enim culpanda
est voluntas aut voluntas non est
aut libera dicenda non est qua
beati esse volumus ut esse
miseri non solum nolumus
sed nequaquam prorsus velle possimus.
Sicut ergo anima nostra et nunc
nolle infelicitatem ita tunc
nolle iniquitatem semper habitura
sed ordo pretermittendus non
fuit in quo deus voluit ostendere
quam bonum sit animal rationale
quod etiam peccare non possit quam-
vis sit melius peccare non
posse. Sequitur capitulum 106

De immortalitate quam perdidit homo
per liberum arbitrium et quam est accep-
turus per gratiam wortecy

Sed minor fuit immortalitas
sed tamen fuit in qua posset
etiam non mori quamvis maior
futura sit in qua non possit
mori. Illam itaque perdidit
per liberum arbitrium hanc est
accepturus per gratiam quam
si non peccasset accepturus
fuerat meritis quamvis sine gratia
nec ullum tunc meritum esse
potuisset. Quamvis et si peccatum in
solo esset libero arbitrio con-
stitutum non tamen iustitiae retinen-
dae sufficiebat liberum arbitrium
nisi participatione immutabilis
boni divinum adiutorium preberetur.
Sicut enim mori est in hominis
potestate cum velit nemo est enim
qui non se ipsum ut nihil aliud
dicam non edendo possit
occidere ad vitam vero tenendam
voluntas non satis est si ad-
iutoria sive alimentorum sive
quorumcumque tutaminum desint.
Sic ergo homo in paradiso ad se occi-
dendum relinquendo iustitiam
idoneus erat per voluntatem
ut autem ab eo teneretur vita in
iustitiae parum erat velle nisi ille
qui eum fecerat adiuvaret.
Sed post istam ruinam maioris misericordiae
dei quando et ipsum arbitrium liberan-
dum est a servitute cui domina-
tur cum morte peccatum ut omnino per
se ipsum sed per solam dei gratiam
que in fide Christi posita est libe-
retur ut voluntas ipsa sicut scrip-
tum est a domino preparetur qua
cetera dei munera capiuntur per
que venitur ad munus eternum.
Sequitur capitulum 108

Quod gratia dei sit [illegible]

secundum apostolum stipendium enim peccati
mors. Et quia primus homo suam
potius quam Dei faciens volun-
tatem deperit, secundum sit voluntas
Dei. Incipit capitulum

108 Unde ipsam vitam eternam
que utique certa merces est operum
bonorum apostolus Dei gratiam appe-
llat: stipendium, inquit, peccati mors
est, gratia autem Dei vita eterna in
Christo Ihesu domino nostro. Stipendium
pro opere militie debitum redditur,
non donatur; ideo dixit stipendium
peccati mors, ut mortem peccato non
immerito illatam debitam demonstraret.
Gratia vero nisi gratuita est gratia non
est. Intelligendum est igitur etiam
ipsa hominis bona merita esse Dei
munera, quibus cum vita redditur,
quid nisi gratia pro gratia donatur?
Sicut ergo factus est homo rectus
ut et manere in ea rectitudine po-
sset non sine divino adiutorio et
suo fieri perversus arbitrio, et utrum-
libet horum elegisset, Dei voluntas
fieret aut ab illo aut etiam de
illo. Proinde quia suam maluit
facere quam Dei, de illo facta est volun-
tas Dei, qui ex eadem massa
perditionis que de illius stirpe
profluxit facit aliud vas in hono-
rem, aliud in contumeliam
per iudicium, ut nemo glorie-
tur in homine ac per hoc nec in se. Sed

Per qualem mediatorem reconciliari
oportebat Deo genus humanum

Neque enim nec per ipsum liberaremur 109
unum mediatorem Dei et hominum
hominem Christum Ihesum, nisi esset et Deus.
Sed cum factus esset Adam, homo scilicet rectus,
mediatore non erat opus.
Cum vero genus humanum peccata lon-
ge separarunt a Deo, per mediatorem
qui solus sine peccato est natus
et vixit, occisus est, reconciliari
nos oportebat Deo usque ad carnis
resurrectionem in vitam eternam,
ut humana superbia per humilitatem Dei argu-
eretur ac sanaretur, et demonstraretur
homini quam longe a Deo recessa-
tur, per incarnatum Deum exemplum obedientie
contumaci homini preberetur, et Unigenito
suscipiente formam servi que nichil
ante meruerat fons gratie panderetur,
et carnis etiam resurrectio redemp-
toribus promissa in ipso redemptore
premonstraretur, et per eandem naturam
quam se decepisse letabatur dyabolus
vinceretur, nec tamen homo gloriaretur ne iterum
superbia nasceretur. Et si quid aliud
de tanto mediatoris sacramento
a sapientioribus videri ac dici po-
test, aut tantum videri etsi dici non
potest. Sequitur capitulum 109

Quomodo se habeant anime defunctorum
ante ultimam resurrectionem

Tempus autem quod inter hominis 110
mortem et ultimam resurrectionem

postremam interpositum est animas
aut in paradisi receptaculis co
tinet aut in aliis quibuscumque
abditis sicut una queque digna
est requie vel erumpna pro eo
quod sortita est in carne dum
viveret. Sequitur. C. 10.

De sacrificiis vel de elemosinis
que pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur.

||| Neque enim negandum est defunctorum animas pietate suorum
viventium relevari cum pro
eis sacrificium mediatoris offertur
vel elemosine in ecclesia fiunt. Sed eis
hec prosunt qui cum viverent hec
sibi ut postea possent prodesse
meruerunt. Est enim quidam vivendi modus tam bonus ut non
requirat ista post mortem. Est vero
talis in bono ut ista requirat
et est rursus talis in malo
ut nec his valeat cum ex hac vita
transierit adiuvari. Quocirca hic
omne meritum comparatur quo possit
post hanc vitam relevari quis
piam vel gravari. Nemo autem speret
quod hic neglexerit cum
obierit apud deum promereri. Non igitur
ista que pro defunctis commendandis
frequentat ecclesia illi apostolice
sunt adversa sententie qua dictum
est Omnes enim astabimus ante
tribunal christi ut referat unusquisque
secundum ea que per corpus gessit
sive bona sive mala. Quia
et hoc meritum sibi quisque
cum in corpore viveret comparavit ut ei
possent ista prodesse. Non enim
omnibus prosunt. Et quare non
omnibus prosunt nisi propter differentiam vite
quam quisque gessit in corpore.
Cum ergo sacrificia sive altaris
sive quarumcumque elemosinarum
pro baptizatis defunctis omnibus
offeruntur, pro valde bonis gratiarum
actiones sunt, pro non valde ma
lis propiciationes sunt, pro val
de malis etsi nulla sunt ad
iumenta mortuorum, qualescumque
tamen vivorum consolationes
sunt. Quibus autem prosunt aut
ad hoc prosunt ut sit plena
remissio aut certe ut tolerabilior
fiat ipsa dampnatio. Sequitur.

Quos fines accepturi sint
bonorum malorumque due ci
vitates post resurrectionem.
Incipit tamen. C. 11.

Post resurrectionem vero facto universo ||2
completoque iudicio suos
fines habebunt civitates due,
una scilicet christi, altera diaboli, una bonorum,
altera malorum, utraque tamen et angelorum
et hominum. Istis voluntas, illis
facultas non poterit ulla
esse peccandi, vel ulla condicio
moriendi. Istis in eterna vita
feliciter viventibus, illis
infeliciter in eterna morte

dominantibus qui utrique sine
fine sed in beatitudine isti alii
stabiles in miseria non aliis
alii tolerabilibus permanebunt

Sequitur cap. 12
De his qui humana miseratione
quod non credunt eternas
esse penas impiorum

112 Frustra itaque non nulli
immo quam plurimi eternam
damnatorum penam et crucia
tus sine intermissione perpe
tuos humano miserantur affectu
atque ita futurum esse non cred
unt. non quidem scripturis divinis
adversando sed pro suo motu
dura queque molliendo et in le
niorem flectendo sententiam
que putant in eis terri
bilius esse dicta quam verius
non enim obliviscetur
misereri deus aut
continebit in ira miserationes suas
hoc quidem in psalmo sancto legitur
sed de illis sine ullo scru
pulo intelligitur qui vasa
misericordie nuncupantur quia et ipsi non
pro meritis suis sed deo miserante
de miseria liberantur aut si
hoc ad omnes existimant
pertinere non ideo necesse est ut
damnationem opinentur
posse finiri eorum de quibus
dictum est Ibunt impii in sup

plicium eternum ne isto modo pariter
finis sine quandoque in felicitatis eorum
de quibus dictum est e contrario
Iusti autem in vitam eternam. Sed
penas damnatorum certis tem
poribus intervallis existiment si eis
hoc placet aliqualiter mitigari
et sic quippe intelligi potest ma
nere in illis ira dei hoc est ipsa
damnatio. id est hec enim vocatur
ira dei non divini animi pertur
batio ut in ira sua id est ma
nente ira sua non contineat
miserationes suas non eterno supplicio
finem dando sed levamen
adhibendo vel interponendo
cruciatibus. Quia nec psalmus
dicit ad finiendam iram suam vel post
iram suam sed in ira sua que si sola esset
quanta ibi miseria cogitari potest
perire a regno dei exulare a civi
tate dei alienari a vita dei
carere tam magna multitudine
dulcedinis dei quam abscon
dit timentibus se perfecit autem
sperantibus in se tam grandis
est pena ut ei nulla possint
tormenta que novimus comparari

Sequitur cap. 13
Que eterna sit damnatorum
quemadmodum iustorum perpetualiter fore
sed impiorum eterna et beatitudo
licet inter multum differant

113 Manebit ergo sine fine mors

illa peccati damnatorie, i.e.
alienacio amicicie dei et omnibus
est illa quando qualescumque homines
denarios vel pecunias de dolorum
revelacione vel in remissione
per suas humanas motibus pro-
curent. sicut manebunt quando
omnibus dicta erunt post qualibus
bonorum disposicionem concorditer
fulgeant. sequitur c. ix

Qualis confessio fidei ma-
nifestat fides fidelium et incipiunt
in Christo ipso promiserunt incipit

Ex ista fidei confessione quibus
dicitur in simbolo continetur
117 et eciam aliter continetur hac principaliter
est spiritualiter aut considerata atque
concreta cuius est forcium mas-
titur fides bona fidelium cu-
ius ista committatur / si de suis
omnibus que fideliter sunt agen-
da eciam tamen ad proprium periculum
proveniunt que oracione dominica
continentur / maledictionem omnium dicens
sicut dicitur testamentum eloquio
qui proprium ponit in Christo. hoc
ipse et in Christo ipso qui proprium ponit
huius maledictionis de malo
inmittit. ideo nisi a domino deo
petere debemus quod quando speramus
nos vel bonorum operatione vel per
bonis operibus adeptimus.
Sequitur capitulum c. x

De septem peticionibus dominice oracio-
nis apud Matheum evangelistam 116

Proinde apud evangelium
Matheum septem peticiones
continet dominica videtur oracio sed
in libro eciam pastoris inclusi
quatuor qualis quietum per et cetera
consequenter sunt necessaria sicut
quod dicimus sanctificetur nomen tuum Adveniat regnum
fiat voluntas tua sicut in celo tuum
et in terra. Quod nos ab sui de-
quidam intellexerunt in spi-
ritu et corpore omnino sine fine vita
eterna sunt et sic in celo manent.
et sanctum perficimus augentur
in nobis perfectio quod talia
in terra proprium est per possi-
bilitatem. Quod nos dicimus
panem nostrum cottidianum da
nobis hodie / et dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dim-
ittimus debitoribus nostris et ne
nos inducas in temptacionem
sed libera nos a malo. Omnis
non videat ad spiritum indigere
parte / in vita mitiganda etc.
ubi nos speramus per futuros
et nomen dei sanctificetur et regn-
um et voluntas in nostro spi-
ritu et corpore atque in mortalitate
permanebunt / panis nos cotti-
dianus unde dictus est
qualiter est necessarius quis
hunc tamen sit eluendus
est sive spiritualiter sive carnaliter
sive utroque intelligatur modo

Hic est ergo quia postrema re-
missio ubi est remissio peccato-
rum sunt temptationes que nos
ad perpetrandum uel alliciunt uel
impellunt sunt denique malum
unde cupimus liberari licet autem
in essse istorum est. sequitur c. 16

17 De septem petitionibus secundum lucam
evangelistam et mattheum non discre-
pantibus incipit ca.

Evangelista vero lucas in
oratione dominica petitiones
non septem sed quinque utique
complexus est nec ab isto utique
discrepavit / Sed quo ista se-
ptem sint intelligenda ipsa
sua brevitate commonuit / Nomen
quippe dei sanctificatur in spiritu / Dei
autem regnum in carnis resurrectione ven-
turus est. ostendens ergo lucas
tertiam petitionem duarum superiorum
esse quodammodo repetitionem magis
eam pretermittendo fecit intelli-
gi / Deinde tres alias adiungit
de pane cottidiano de remi-
ssione peccatorum de temptatione
vitanda / At vero in illo ultimo
ille posuit sed libera nos a malo
iste non posuit / ut intelli-
geremus ad id superius quod de
temptatione dictum est pertinere
Ideo quippe ait sed libera nos
a malo non dixit et libera tamquam
unam petitionem esse demonstrans

Noli hic sed hic ut sciat unus-
quisque in eo se liberari a malo quod non
infertur in temptationem. sequitur c. 17

De excellentia caritatis sine qua
et qui recte credit et sperat non
potest ad beatitudinem pervenire. prg

Nunc porro caritas duabus 118
istis i. fide ac spe maiore
dixit apostolus quanto in quoque magis
maior est tanto melior est
in quo est / Cum enim queritur
quis sit homo bonus non quid
quid credat aut quid speret sed
quid amet / nam qui recte amat
procul dubio recte credit et sperat
qui non recte non amat inaniter
credit etsi sint vera que credit
inaniter sperat etsi ad veram feli-
citatem doceantur pertinere que
sperat / nisi et hoc credat et speret
quod sibi petenti donari po-
ssit ut amet / Quamvis enim
sperare sine amore non possit
fieri tamen non potest id ut non amet
sine quo ad id quod sperat non
potest pervenire tamquam si speret
vitam eternam quisquis non amat
et non amet iustitiam sine qua
nemo ad istam pervenit / Ipsa est
autem fides Christi quam commendat
apostolus que per dilectionem operatur et quod
in dilectione non dum habet petit
ut accipiat querit ut inveniat
pulsat ut aperiatur ei / fides namque

Impetret quod lex imperat. Lex enim sine dei dono, id est sine spiritu sancto, per quem diffunditur caritas in cordibus nostris, iubere lex potest, non iuvare; et praevaricatorem insuper facit, qui de ignorantia se excusare non possit. Regnat enim carnalis cupiditas ubi non est dei caritas. Augustinus. C. 18

Deinde quattuor differentias hominum quos deus gratia sua de tenebris in novando agnoscere dignatus est, quibus sancti apostolus ordinatus dicitur. Incipit 2

Sed cum in altissimis ignorantiae tenebris nulla resistente ratione secundum carnem vivit, haec sunt prima hominis. Deinde cum per legem cognitio
2 peccati fuerit facta, si nondum divinus adiuvat spiritus, secundum legem volens vivere vincitur, et sciens peccat, et peccato subditus servit. A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est. Ea agente cognitione mandati, ut operetur in homine omnem concupiscentiam, cumulo praevaricationis adiecto, atque ita fiat quod scriptum est: lex subintravit ut abundaret delictum. Haec sunt secunda hominis. Si autem
3 respexerit deus ut adimpleri quae mandat ipse adiuvare credatur, et agi homo coeperit dei spiritu, concupiscit adversus carnem fortiori robore caritatis, ut quamvis adhuc sit quod homini repugnet ex homine, nondum tota infirmitate sanata, ex fide tamen iustus vivat, iusteque vivat in quantum non cedit malae concupiscentiae, vincendo delectatione iustitiae. Haec sunt tertia bonae spei hominis, in quibus si pia perseverantia quisque proficiat, postrema pax restat, quae post hanc vitam in requie spiritus, deinde etiam in resurrectione carnis implebitur. x Harum quattuor differentiarum prima est ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace plena atque perfecta. Sic et dei populus ordinatus per intervalla temporum, sicut deo placuit, qui omnia in mensura et numero et pondere cuncta disposuit. Nam fuit primitus ante legem, secundo sub lege quae per Moysen data est, deinde sub gratia quae revelata est per primum mediatoris adventum. Quae quidem gratia nec antea defuit quibus eam oportuit impertiri, quamvis pro temporis dispensatione velata et occulta. Neque enim quisquam antiquorum iustorum praeter Christi fidem salutem potuit invenire. Nam nisi ab eis cognitus

· Ante legem
· Sub lege
· Sub gratia
· In pace

fuisset potuisset nobis prodesse
ministerium alias apostolus alias
oculatus prophetarum etc. c. 19

Quod inequaliter parvuli
minoris etatis gratia regeneracionis
[illegible] in morte et peccata remittuntur

20 Inequaliter autem minoris etatis
in eadem etate singulis gratie
collacionem gratia regeneracionis in
veniat ubi ei remittuntur peccata
venialia peccata et actualia ille na
scendo, istum renascendo disso
luitur. tamen multum valeat
quod parentes ubi velit spirat ut
quidem secundum omnes fuerunt
sub lege esse non noverint
sed communicant in maiori ille
adiutorium divinum etc. c. 20

Non obest baptismo parvulis si rea
gravati sunt et mundati ut dum
capaces sunt secundum carnem
vivunt si mox excessit vita
discedunt incipit ad

21 Hic est quia etiam si possit
capax esse mandati ut
secundum carnem vivat necesse est
sed si unum sacramento rege
neracionis imbutus et in cuius
cuius mors obest si tunc ex
cessat vita migraverit quia
idem Christus mortuus est et resur
rexit ut et vivorum et mortu
orum dominetur ut tenebit

ragium mortis cum per quos Christus mor
tuus est. Sibi enim vivant in mortuis

De caritate dei et proximi ad quam omnia
precepta referenda et de qua maliciosa
omnis in hoc capitulo est sermo. c. 21

22 Omnia precepta divina ad caritatem
refferuntur de qua dicit apostolus
finis autem precepti est caritas
de corde puro et consciencia bona
et fide non ficta. omnis itaque
precepti finis caritas, id est ad caritatem
refertur. omne preceptum quod bonum
sit ut timore pene aut in
tencione carnali ut non
refferatur ad illam caritatem quod diffu
ditur per spiritum sanctum in cordibus
nostris nondum fit sicut admodum
fieri oportet quamvis fieri videatur.
Caritas quippe dei ista est et
proximi et utique in hiis duobus
preceptis tota lex pendet et
prophete / adde evangelium et adde apo
stolos / non enim aliunde, ita
vox est finis enim precepti
caritas est / et deus caritas est
/ quecumque ergo mandat deus
ex quibus unum est non mecha
beris et quecumque non iubentur
sed spirituali consilio monentur ex quibus
unum est bonum est homini mulierem non
tangere tunc recte fiunt cum
refferuntur ad diligendum deum

et proximum propter deum et inhic perfectis et
inchoantibus nunc diu propter fidem tunc
propter speciem et ipsum proximum nunc per fidem
non enim sicut mortales cor
da mortalium tunc illuminabit
deus abscondita tenebrarum
et manifestabit abscondita
cordium et tunc laus erit unicuique
a deo quia id laudabitur et diligetur
in proximo quod non latebit ab
ipso illuminabitur. Decrescit
autem cupiditas caritate crescente
donec veniat hic ad tantam
magnitudinem qua maior esse
non possit. Maiorem enim caritatem
nemo habet quam ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Quis autem quis
explicet quanta caritas erit ubi
cupiditas quam non cohercendo
superet nulla erit quia summa sani
tas erit quia contemptus mortis
nullus erit. Capitulum de fine libri yola

Sed sit aliquis huius voluminis finis
quod ipse videris utrum
enchiridion vel appellare debeas
vel habere. Ego tamen cum tua
in christo studia non putarem
bona spernenda credens ac sperans
de te bona per adiutorium redemptoris
nostri teque in membris eius
plurimum diligens librum ad te
sicut valui scripsi tam commo

dosum quam prolixum. De fide spe
et caritate explicit Rük

Explicit liber en
chiridyon grece qui
est liber manualis
latine pretitulatus.

Clamavit in coelis vox sanguinis
et sodomorum vox oppressorum mer
ces retenta retenta laborum

Anima iusti quando fuit exuta a corpore in refrigerio est. Probatio
finitibus deum et condicionibus eius et se
quod nisi se erigentibus sit penitus aie
patefiet / Cum constet animam naturaliter
forte principe beatitudinis / nec quod per angelum
et animam posse per beatitudinem frui / mole
corporis cum suis appendiciis redacta a
beatitudine plane esse potuit / si exuta a corpore
fuit et eius appendiciis. quae sunt carnales
concupiscentie / quod naturaliter ferens se ut
ignis sursum ad contemplandum ibi in ref
rigerio erit / sicut modo philosophice sic plenius de
clarandum // Cum anima sit in orizonte eternitatis
ut dicit Al. de causis / nec quod sit capax bea
titudinis quae sit eterna / cum omnis beatitudo sit
eterno / quam esse beatitudinis principalis eternitatis
participat / ut patet 12 metaphysice per commentatorem / anima
ergo et quod dicit dum naturaliter inmersa cor
pori ut dicit Seneca / cuiusque bene cupito deum
fuit ne deprimatur passibus brutales corporis / tunc post quam erit denudata
a corpore erit in propria patria et in refri
gerio et sic vita eius est 12 metaphysice commento
18 / et in tertio de anima. Et si erit depressata peregrinis impressionibus quae sunt corpo
rales / tunc ad tot tormenta rele
gabitur donec totaliter si fieri potest depuretur
et ad antiquam dignitatem reducatur et
et ad antiquam ... Teste marcello
sicut vita plenus in ... ut qui
... noluerint eccle
siastica fide expiantur Io ... contra
de pecis fide expiantur ... qui demum de
... de ... hominibus qui demum de
... conputati est / dum quod in ...
... descendentes vel habet sic quod ... et ...
... per mortem ... reddent ... ...
... relinquentes ... qui ...
... rogantes Et haec ... fide
habeat / ... dagmata ... ...
... sit eterna ... sic ...
eterna sit principalis ... teste beato Gregorio
contemplatore ... qui loquens
super ezech. parte prima omel. 2. ...
... Ioh ... qui ... apparuit ...

miles ei ... qui ... ei
simili est ... quia ... ei ...
quod ... eius ... ...
... figuris ... eternitate ...
... quippe ... que ...
morte ... / ... ...
... nec ... / ... in
mutabilitatem ... nulla ...
... in corpore Constat sit quod dum
plane est quia ... est / ... dixi ... est
quod sit ... de ... ...
... ... est quod ... ...
dei creatura quia anima sit creata ... et ... [margin: ... in]
de natura ... que ... conditor in
... ...
... operibus ... est in corpore / si ...
... non ... ... operationem
... ... in ... / ...
sit deducat / quia ... in ... negant
... esse ... ad ... premit
... / quod ... esse ... corpores ...
... quia ... eterna ...
... / ... ... quia
... esse ... ... quod non
fit ... ex ... in se ... corporis
teste commentatore 12 metaphysice commento 18. Ad hanc
probandam ... devenerunt conside
rantes ... ... eternitates ... propter
post ea posuerunt in orizonte eternitatis
... ...
... ... ab
... corporis ... ...
... ...
esse ... ... / ...
... ... eternitatem
... ... corporum / quia exuta ...
plus non sentit / et ... ...
... hominis corpori / ... ...
... ... in
eo quod ... ...
... doctrine ... ... expte
et ... et ... quod ... est
et ... in refrigerio / ... ... / ... ...
... parte superiore ... ... / ...

rogno' cooperatibe quad' 2 de9o
ultas se in ho e ut de9 b'soli cogita
2 deo aui9 ptes se med volunt
2 intellio aneme sh oppita s
liba lig inagn apte supiori in
feriori difficultatem pass sin adm
fiori hitu ane spue in q' quia9
tribuit indules eo9 inferior co
ript9 e ho9 no voles s ing brn
tale denoiat teste az q ethi 2o
in pno9 q s' ho p vtute heroicam
fit diu9 2 no huan9 e h' du pte
s' superiore sit p vitiu ingrien
fit bestial pz p dm auct bti sed'
si 1o de exeth. ho ho de domo istl
que bis dicit ho q si pom e homo
extri9 2 ht opao sile vitii9 bruto
no e ho ho. s ho bestia ut si est
rapax e ho lup9. si luxurios9 e ho
porc9 2cis et si tenes insti9 di
sibilitas aulz qm egitius
2 moresuo duatme psides si
quatz mox ut aben excita sunt
magna adsunt exue tpe d' appue
q templatiuis opoibz in sum abni
dictu diuu dm i ex e sicnt
dram eue adtines ange se si
considos adq naa appet eigi si
bu tsu vaccois pegit ut boi an h
in ref et pmotest b' lig ana
no sit q get ut angli tn q2 ht ap
petitu q di tuatu q na appetit
ee in core si q exue in core ue
vel deue exnd cor9 no. hnt aut
appe io hnt sit ange io ex corp9
pnt mori vel deuiri iste aut ap
petit9 multu iuuat aiab q2 lig
aia pen gencat bud tn q2 sit
pen eria redie a bud qno sit
aub9 b' radit ad pbame hit e
q plo dicat pte spum ee in sam
corpibz pte no aie i ae exepte z
pte in celo gteplari q p b' insi cor
s sin appe luteb corpis abler
tauita expleta victo mex co
rona spat sibi i refgens eit

3m

va in p'lo d'a dcam poti' ex diffi' ane
aia est actus pmus corpis organici
physici vita hentis in potentia est diffi'
e campulis no gtitatia q2 dr pens
ipsi e cum pmus actus i pncipalis no
simpl pmi9 ex quo de s p9 corpis
organici i diuisis ptes hentis addi
ctis operacoibus deputati physici i vitam
vita hentis in potencia i qua cat et
fiat vitales opaciones.

2o d'anima

Videt q n i pancti b' dispoito
actuorp i esse ei i e i oz
q forma hte matiam b'
disposita hoc est q alles q
ducebant d' epacuni q aia
i tte q co q corpus

n q dep e apetitus s acte
q fit s p i geniue d' hap
beud d' dispo aquis d' dispam
tiones cales q fit cu p9 gnal
e corpus agere corpus p9 q se
e potius apeilem aia d' effect

**Incipit liber beati Au-
gustini de spiritu et anima**

Quoniam dictum est michi ut
me ipsum cognoscam, susti-
nere non possum ut me
habeam incognitum. Magna quippe ne-
gligentia est nescire quid sit illud
quo celestia tam profunde cognosci-
mus, quo naturalia tam subtili indaga-
tione investigamus, et de ipso quoque cre-
atore nostro tam sublimia scimus et sentimus.
Non est res peregrina nec longe querenda
anima qua ista sapimus, sed semper no-
biscum adest, tractat, loquitur et me-
ista nescitur; datum est illi tamen inge-
nium quo rerum secreta sciens et seipsum cogno-
scere non potest. Pauci autem licet ipso animo
animum cernere, id est ut ipse animus animum videat.
Fieri autem non potest quadam divina providentia
ut inveniendi facultas desit religiosis
animis se ipsos et deum suum pie et caste
ac religiose querentibus. Dico ergo reddam
me michi unus deo meo, cui maxime
debeo, et videbo quid sit anima et quid spiritus est.

Diffinitio quid sit anima.

2. Anima est quedam substantia rationis
particeps regnando corpori
accommodata. Anima sapientia illustratus
et suum principium respiciat et seipsum cog-
noscat et quam indecorum sit ut extra se querat
quod in seipso intra se possit invenire intelli-
git. Corporis vero passionibus conso-
pitus et per sensibiles formas extra
seipsum abstractus oblitus est quid
fuit. Et quia nichil aliud se fuisse
meminit nisi preter quod videtur,
se esse credit solo sensu ceteri corpora
et ymagines corporum similitudines
atque loco confusatur et in eis sive
vigilando sive dormiendo distrahitur.
Cum vero ab hac distractione per puram
intelligentiam ascendens in unum se
colligit, rationalis dicitur. Ipsa siquidem
est animus aspectus quo per seipsum unum
intuetur. Ratiocinatio est rationis inquisi-
tio qua illa opus est ad videndum
ista ad inquirendum.

**Quod anima videt visibilia per cor-
pus et invisibilia per se.**

3. Animus invisibilis est nec quemadmodum
aliter invisibilia cernere valet.
Visibilia per corpus videt et invisibilia
per se et in eo se videt quia invisibilem se
esse videt. Videtur tamen in corpore
per corpus sicut sensus in illa manet
et per illam videtur anima corporis domina-
tor, habitator et rector. Videt seipsum per
semetipsum non querit auxilium corpora-
lium oculorum, ymmo ab omnibus corporeis
sensibus tamquam impedientibus et per-
strepentibus abstrahit se ad se ut
videat se in se, ut noverit se apud se.

et cum vult deum cognoscere elevat se supra se regente mente acie. non est aliquid tale deus est talis qualis anima est. Videri tamen non nisi animo potest ita ut anima. Immutabilis siquidem est veritas et sine defectu substancia. non talis est anima quia deficit et proficit novit et ignorat meminit et obliviscitur nunc vult nunc non vult. Diffusis cogitacionibus atque consilijs huc atque illuc vagatur considerando omnia spectat omnia videt absencia transmarina ambit visu et penetrat aspectu abdita scrutatur et uno momento sensus suos per totius orbis fines et mundi secreta transfert et descendit ad inferna ascendit inde versatur in celo. adheret christo coniungitur deo. Ipse siquidem est eius patria et habitacio ad cuius similitudinem facta est. Quisquis igitur se talem reddi desiderat qualis a deo facta est et simul deo reddatur redeat ad se et stet in se intra semetipsum apud semetipsum querat et videat unde constet homo et ex qua parte sui factus sit ad ymaginem dei.

Sequitur de potestatibus anime et potencijs et quid sit.

Ex duabus substancijs homo constat anima tantum et carne. Anima cum racione carne cum sensibus suis quos tamen sensus non movet caro absque anime societate. Anima vero suum racionale tenet sine carne. Est siquidem racionalis concupiscibilis irascibilis. Per racionabilitatem abilis est illuminari ad aliquid cognoscendum infra se et supra se in se et iuxta se. Cognoscit siquidem deum supra se se in se angelos iuxta se et quidquid ambitu celi continetur infra se. Per concupiscibilitatem et irascibilitatem est abilis affici ad aliquid appetendum vel fugiendum amandum vel odiendum. et omnis de racionabilitate omnis sensus oritur anime et de alijs omnibus affectio. Affectio autem quadripartitus esse dinoscitur cum de eo quod amamus iam gaudemus vel gaudendum speramus et de eo quod odimus iam dolemus vel dolendum metuimus. Et ob hoc de concupiscibilitate gaudium et spes de irascibilitate dolor et metus oriuntur. Hii quidem quatuor affectus anime omnium sunt viciorum atque virtutum quasi quedam principia et communis materia. Affectus siquidem omnium spiritui nomen imposuit. Et quamvis eius est habitus mentis bene composite componendi sunt atque instituendi et ordinandi. Affectus dantur ad id quod debent et quo debent ut in virtutes proficere possint alioquin in vicia fatale decadent. Cum igitur prudenter modeste fortiter et iuste amor et odium instituuntur in

virtutes exsurgunt/ prudencia .s.
et temperancia/ fortitudine atque iusticia
cum que quasi origines et cardines
sunt omnium virtutum/ et hec omnia cum
affectuose et virtuose in anima instituuntur.
per odium mundi et sui proficit in amo-
rem dei et proximi/ et per contemptum tempo-
ralium et inferiorum crescit in desiderium
celestium et superiorum. Sensus vero unus
est in anima et quod ipsa anima/ et cum corpus
non sit corporeus dicitur quia corpus sentire
dicitur vel quia corporis exercetur instru-
mentis. Unde et ob instrumentorum numerum
quinque partitus dicitur. cum intus non sit
nisi unus/ Verumtamen per varia exercicia
exteriora variatur et varie nuncupatur/
dicitur namque sensus ymaginacio/ racio
intellectus/ intelligencia./ et omnia hec in
anima nichil aliud sunt quam ipsa. Alie
autem et aliter secundum proprietates per va-
ria exercicia sed una essencia racionalis
et una anima/ proprietates quidem diverse
sed una essencia secundum exercicia multa sunt
secundum vero essenciam unum sunt in anima et quod ipsa
et sicut mundus iste visibilis per quandam
distinctionem est ordinatus .s. terra aqua
aere ethere/ sive firmamento ipso quoque
supremo celo quod empireum vocant/ sic
anime in mundo sui corporis peregrinanti
quinque progressus sunt ad sapienciam sen-
sus .s. ymaginacio racio intellectus intelli-
gencia. Quinque enim progressionibus
racionabilitas exercetur ad sapienciam/ et
quatuor affectibus ad karitatem/ quibus
mox istis progressionibus semetipsam
proficiens anima sensu et affectu quasi intus
quasi quibusdam pedibus que spiritu vi-
vit spiritu ambulet/ usque ad cherubyn
et seraphyn .i. usque ad plenitudinem
sciencie et plenitudinem karitatis. Sicut ergo anima
per gratiam virtutes quarum faculta-
tes habet preter naturam.

De comparacione et ordinacione anime ad angelos.

Hos progressus nominibus
et ordinibus angelorum comparare
prudenti lectori relinquo. Facile siquidem
ei aptare sensum qui primus angelis
anime nuncius est angelis qui nuncii
vocantur/ archangelis ymaginacioni que
plura quam sensus percipit/ timore virtutibus
dolore potestatibus/ qui enim suppliciis
territus/ et dolore peccatorum compunctus/ odit
mundum et contempnit seipsum/ cum vir-
tutibus facit miracula/ atque cum
potestatibus fugat demonia. Magis
namque est contempnere seipsum quam mundum
quem multi propter vanitatem contempserunt
racione principatibus/ Nam sicut illi presunt
et principantur subditis spiritibus sic ra-
cio sensibus atque affectibus/ amore sive
gaudium dominacionibus/ Hec namque ducunt.

angelis, qui omnes amant et de perfectione omnium gaudent. Intellectum thronis, in quibus dominus sedet. Sic sedet deus in cordibus hominum per sanctificationem et habitat per pacem et dilectionem, quoniam deus est pacis et dilectionis. Intelligentiam cherubim. Illi namque spiritus tanto perfectionis scientia pleni sunt, quanto claritatem dei vicinius contemplantur. Intelligentia quoque est ea vis et lumen qua mediante deus supponitur. Tenent siquidem ipsum quem in ipso sunt. Spem seu desiderium seraphym. Deus enim spes omnium et finis, quanto enim vultum desiderat videre et in quem seraphym prospicere desiderant. Tota spes vera et desiderium nostrum est spes de promissis et gaudium de premiis, quod facit amorem dei et proximi.

Quomodo sit anima similitudo omnium rerum secundum diversitatem

6. Anima ad similitudinem totius sapientie creata omnium rerum similitudinem in se gerit. Unde a philosophis diffinita est omnium similitudo. Habet siquidem in se vires quibus omnia investigat et omnibus similis existit. Cum sit una, similis terre per sensum, aque per ymaginationem, aeri per rationem, firmamento per intellectum, celo celorum per intelligentiam. Similis est lapidibus per essentiam, arboribus per vitam, animalibus per sensum et ymaginationem, hominibus per rationem, angelis per intellectum, deo per intelligentiam. Et sicut deus est omnibus capabilis et participabilis, sic anima omnium capax est, capabilis et participabilis est deus omnibus, quia nichil sic in munere et ubique communicabile omnibus participatur essentia qua sunt et secundum illam ad ydoneam speciem qua ab aliis differunt et secundum utrumque ad congruum usum quo proficiunt.

Secundum hoc est vestigium trinitatis in omni re

Omnia hec omni existenti insunt quasi quedam vestigia summe essentie, ymaginis et muneris, id est trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Eternitas quippe est in patre, species in ymagine, usus in munere. Eternitas magis in patre, quia principium non habet principium de quo sit, filius de patre est. Ut sic atque ut illi coeternus sit ymago eius si perfecte illud implet cuius est ymago coequalis est illi. Species est in ymagine, id est pulchritudo, congruentia, equalitas, prima et summa similitudo, summa et prima vita, primus et summus intellectus. Usus est in munere, munus patris et filii et spiritus sancti. Usus spiritus sancti in munere est, id est dilectio, delectatio, gaudium, leticia, felicitas, suavitas. Ille namque ineffabilis complexus patris et ymaginis

non est sine perfectione sine caritate
sine gaudio. Hic fit in illa trinitate
summa origo est omnium rerum perfectissima
pulchritudo et beatissima dilectio. Nobis
autem omnis usus deitatis est commune
quodammodo. nam quia pater nobis. inde est
esse spiritus sancti utpote patris et filii nimirum.
Porro immo et omnis usus gratie cum
patre et filio ipse regit et erudit et con
solatur et perducat etiam ad christum quia
ipse sine macula simul et ruga tradet
regnum deo patri sicut a patre per filium
et spiritum sanctum vel potius in spiritu divino
ad nos descenderunt. Pater siquidem
tradidit filium suum quo redimeret servos
misit spiritum sanctum quo servos adoptaret
in filios. id est filium dedit in pretium redemp
tionis se denique totum servat hereditatem
tem adoptatis spiritum sanctum in privilegium
adoptionis. Nemo igitur de dei pieta
te diffidat quia maior est sua misericordia quam
nostra miseria et quicumque ad eum toto
corde clamaverit exaudiet illum quia
misericors est. Tardius siquidem videtur
ei peccatori veniam dare quam ipsi peccatori
veniam accipere. Hic enim festinat ab
solvere reum a tormento conscientie sue
quasi plus doleat illum compassio
miseri quam ipsum miserum passio sua.

De capacitate anime et quod ipsa capax sit universitatis

Capax est anima omnium quia 8
per rationem ad cognitionem
per concupiscentiam ad dilectionem
universitatis capax invenitur. Naturalis
sensus cognoscens omnia, diiudi
cans intus omnia et naturalis affectus
quo suo ordine et gradu diligat
omnia. Ut extunc facultates et que
dam instrumenta cognoscendi et
diligendi habet anima. Cognitionem tamen
veritatis et ordinem dilectionis ne
quaquam habet a natura sed a gratia. Facta siquidem
a deo mens rationalis, sicut eius
ymaginem suscepit, ita cognitionem
et amorem. Vasa namque que creatrix
sapientia format ut sint, adiutrix
gratia replet ne vacua sint si stren
nuum operarium invenerint ut sequitur.

Distinctio anime.

Anima est substantia rationalis 9
intellectualis a deo facta,
spiritualis non ex dei natura sed potius crea
tura de nichilo facta in bonum malum
que vertibilis, et ideo aliquatenus est mor
talis in quantum videtur iniquitatem
et voluntate dei eius participatione
bona fit aliena potest et aliquatenus
immortalis quia sensum quo ei post
hanc vitam vel bene vel male sit
amittere non potest nec pactis que ante car
nem gestis vixit ut in carne includeretur.

vt quidam volunt / sz nec ideo pt ee
in homine sine sorde pcti / in sia xpo
fuit libati / dei em nutu / anima
ad corpus venit vt si fi[...] eius pre
cepti mage vellet / incedem a cor
pet etne in celestie societati an
gelorum. Si aut contempnet / seu do
lori continui sine ignis etern pe
nas in patissimas

Differencia spc et anime et quod duo sensus in sunt anime interiori et exteriori. ce[a]

10 Anima ex eo dicta e q ad
vivendum animet corpus
hoc e vivificet Spc ipa e aia p spi
rituali na / vel pro eo q spiret i cor
pe appellatus e spc Anima z spc ide
sunt in homine quamvis anima aliud
voce notet / z aliud spc / idem tamen
sunt in homine Spc namqz ad sba
dicit z anima ad vivificacionem / eade
e essencia sz ppietas diuisa Nam
vnus z idem spc ad semetipm dic
spc / z ad corpus anima Spc e inqu
e predita sba racionalis aia in quantum
vita corporis de qua dem e Math
xvi. Johins xii. Qui pdidit aiam
suam salvam faciet illam i. desi
p. denim hanc vitam que nunc cor
poris institucione z anima tempali
mortalis constat libent despexit

infusio eidem corporis no solum me
ritum etiam z immortalem recipiet
humana aia quia z in corpe hz esse
z ex. corpus anima pariter z spc voca
ri pt / non due anime sensibilis z ronal
altera qua deo vivat z altera qua vt
quidam putant sapiant / sz vna eade
qz anima in semetipa vivit p intell
lectum z corpi vitam pbet p sensum.
Humanum namqz corpus neqz vivere
neqz nasci sine ronali aia pt vegeta
tiue z moue crescat z humanam for
mam i vtero recipit priusqz rona
lem aiam recipiat sicut ec virgulta
z herbas sine anima moueri et incre
mentum habere videmus. Sc.

De duplici sensu anime 11

Duplex quidem e uita anime.
Alia qua vivit in carne. Alia
qua vivit in deo Duo siquidem sunt sen
sus in homine vnus interior et vnus
exterior / vterqz bonum suum hz in quo re
ficiatur / In contemplacione diuinitatis reficit
sensus interior. Sensus exterior in conte
placione humanitatis / ppterea tamen e deus
homo factus vt totum hominem in se bti
ficaret. Et tota conuersio hominis esset
ad ipm / et tota dileccio esset in illo cu
ascensu carnis videtur p carne z ascen
su mentis p diuinitatis contemplacionem hoc
erat totum bonum hominis vt sine egrederetur

sive ingredietur pascua in suo foris inveniet pascua foris in carne salvatoris et pascua intus in divinitate salvatoris. Hoc bonum magnum, secundum est malum, quia perdito bono quod intus est, egressa est anima ad bona aliena que foris erant, et pactum fecit cum delectationibus seculi, requiescens super illas, non attendens absentiam boni sui interioris, eo quod consolationes crederet in bonis alienis. Nam cum exterior sensus carnalis bono suo utitur, interior sensus mentis quasi obdormit. Non enim cognoscit bona interior sensus, qui iocunditate bonorum exteriorum capitur. Nam qui in carne vivit, in carne sentit et dolores carnis fugit, nequaquam pertimescit; vulnera autem anime prorsus ignorat neque medicinam querit. Cum autem mortuus fuerit sensus anime quo vivit in carne, tunc vivificari incipit sensus ille quo sentiet seipsam et sentiet tunc dolores suos et sentire incipiet vulnera sua, quanto prius tanto gravius; magis enim nocet malum quod magis intimum est, et magis prodest bonum. Sequitur

Quot modis dicatur spiritus

2 Spiritus multis modis dicitur. Dicitur namque spiritus deus et flatus aeris, qui a corde receptus et inde per totum corpus emissus vitalem vitam flatu nostro continet. Dicitur autem spiritus ipsa anima, dicta non per quam aer variatione dissolvitur. Dicitur etiam spiritus anima sive hominis sive pecoris. Dicitur spiritus mens rationalis et quidem tamquam oculus anime, ad quem pertinet anima et cognitio dei. Oculus autem anime est mens ab omni labe corporis pura. Mentis aspectus ratio est, intellectus visio. Tria hec omni anime rationali necessaria sunt, id est ut sanos oculos habeat, ut aspiciat, ut videat. Sanos oculos habet, cum a mortalium cupiditatibus est purgata atque remota. Aspicit cum in dei lumine contemplationis oculos figit. Videt enim illa contemplatione, conspicit quanta sint gaudia, quanta leticia, quanta securitas, quanta iocunditas. Caritas facit illam securum, aspectus rectum, visio beatum. Cum enim ab omni fece fuerit libera maculisque diluta, tunc se demumque in seipsa libentissime tenet et nichil sibi metuit aut ulla sua culpa quidquam angitur, et tunc ingenti quadam et incredibili fiducia pergit in deum, id est in ipsam contemplationem veritatis, et aspectum siquidem rectum sequitur ipsa visio dei, que est finis aspectus. Sic anima primo sanatur, sanata introducitur, introducta reficitur. Spiritus etiam est quedam vis anime mente inferior

ubi corporalium rerum similitudines expri-
muntur, nec iste corpus est spiritus, sed cor-
pori similis, que enim spiritu videntur non
sunt corporalia sed corporalibus similia.
Facies quidem hominis et nobis forin-
secus nota est et in memoria nostra
habet ymaginem suam incorporalem
quasi corpori similem, ad quam recur-
rimus cum clausis oculis eam cogita-
mus. Et quidem est ad corpus sensus
aliquod corpus in loco hoc est ad
animi aciem similitudo corporis in
memoria et quod est intencio voluntatis
ad corpus visum visionemque copu-
landam ymagine corporis que est in
memoria et ad visionem cogitantis.

13 **Quod spiritus ad ymaginem et similitudinem dei factus est.**

Ille spiritus dicitur
factus ad similitudinem et ymaginem
dei, in quo cognicio veritatis et amor
virtutis est. Ymago siquidem est in
cognicione, similitudo in dileccione.
Ymago quia racionalis, similitudo quia
spiritualis. Adheret siquidem veritati
nulla interposita substancia racionale
nostrum quo racionamur intelligimus
et sapimus et spiritum dicimus. Hunc autem
spiritum Apostolus mentem vocat ubi dicit: Re-
novamini spiritu mentis vestre, id est mente.
Nichil enim aliud est spiritus mentis quam mens
sicut corpus carnis non est aliud quam caro.

Unde dicatur mens 14

Mens dicitur a mene. Mene autem
grece luna latine, et sicut luna
crescit et decrescit et varia vicissitudi-
ne variatur, in id tamen quod fuit quon-
dam perfecta novitate se restituit.
Sic mens nunc capit summis inniti, nunc
decidit in infima, nunc sese referens
sibi veris falsa redarguit, modo ad
corporalia regenda deflectitur, modo
eternis racionibus conspiciendis vel
consulendis adheret. Sequitur

Distinccio racionis 15

Racio siquidem est mentis aspec-
tus quo bonum malumque dis-
cernit, virtutes eligit, dum deum dili-
git. Mens est universorum capax et omni-
um rerum similitudine insignita. Omnia
tendunt naturali quadam potencia et natura-
li dignitate. Racio invisibiles rerum
causas comprehendit per intelligenciam
et visibilium actualium formas per sensus
passiones colligit et sive per sensus
ad sensibilia exeat sive per intelligen-
ciam ad invisibilia ascendat rerum si-
militudines ad se ipsam trahit. Presencia
cognoscit, absencia intelligit et ignota
inquirit et invenit. Ista actus mentis.

Quod appellatur mens 16

Racionale et intellectuale nostrum.

quo racionamur et intelligimus et sapimus mentem dicimus. Que ita facta est ad ymaginem dei ut nulla interposita natura ab ipsa veritate formetur. Mens enim ex eo dicta est quod emineat in anima prestancior, scilicet vis anime a qua procedit intelligencia. Per intelligenciam ut eam que unitatem intelligit et per sapienciam diligit. Sapiencia namque est amor boni sive sapor boni in sapore siquidem dicitur. Mentis visio est intelligencia, gestus autem sapiencia. Illa contemplatur, ista delectatur. Cum ab inferioribus ad superiora ascendimus, primus occurrit nobis sensus, deinde ymaginacio, postea racio, postea intellectus, deinde intelligencia et in summo est sapiencia. Summa namque sapiencia ipse deus est. Sapiencia hominis est pietas, id est cultus dei.

Quid sit sensus et alie vires anime

11. Sensus est ea vis anime que rerum corporearum corporeas formas presentes percipit. Ymaginacio est quedam vis anime que rerum corporearum corporeas formas percipit sed absentes. Sensus namque formas in materia percipit, ymaginacio extra materiam. Et ea vis que extrinsecus formata sensus dicitur, eandem usque ad intima traducta ymaginacio vocatur. Ymaginacio namque de sensu oritur et secundum eius diversitates ipsius quoque variaciones. Multa videt anima carnalibus oculis, multa eciam fantastica ymaginacione concipit et ubique quasi discenditur, movetur, erigitur et fluctuare videtur, non a se egrediens sed in semetipsa tamquam percurrens in magno spacio pervagatur. Non exit ad illa, sed tractatibus suis sibi illa reputat. Habet siquidem in se quasi quandam latitudinem, longitudinem et altitudinem. Nam per karitatem deum et omnes fideles sibi complectitur; per meditacionem universa que a principio usque ad finem mundi deus propter salutem nostram operatus est meditatur; per contemplacionem que sursum sunt celestia contemplatur etc.

Quid sit racio et intellectus

18. Racio ea mens est anime que rerum corporearum naturas, formas, differencias et propria et accidencia percipit, omnia corporea sed non corporea, nisi racione subsistencia abstrahit, id est a corporibus que fundantur in corporibus, non actione sed consideracione. Racio namque ipsius corporis secundum quod omne corpus corpus est, nullum utique corpus est. Intellectus ea mens est anime que invisibilia

Racio

Intellectus

Intelligencia

capit sicut angelos demones animas et omnem spiritum creatum. Intelligencia ea mens est anime que immediate supponitur deo. Cernit siquidem ipsum summum verum et vere incommutabilem. Sic anima sensu capit corpora, ymaginacione corporum similitudines, racione corporum naturas, intellectu spiritum creatum, intelligencia spiritum increatum. Et quidquid sensus capit ymaginacio representat, cogitacio format, ingenium investigat, racio iudicat, memoria servat, intelligencia comprehendit et ad meditacionem seu contemplacionem adducit.

Ingenium

Ingenium ea mens est anime sive intencio qua se extendit anima et exercet ad incognitorum cognicionem. Ingenium ergo exquirit ignorata, racio discernit inventa, memoria retinet iudicata et offert ad hoc iudicanda. Sic fit ascensus ab inferioribus ad superiora et yma a summis dependent. Intellectus namque quedam ymago et similitudo est intelligencie, racio intellectus, racionis fantasticus spe[?]cui [?] supremum corporis corpus, id est ignis, quadam similitudine iungitur, aer igni, aeri aqua, aque terra. Sensus informat ymaginacionem, ymaginacio racionem et facit scienciam seu prudenciam. Rursus racioni occurrens divina gracia informat eam et facit intelligenciam seu sapienciam. Est itaque in racione quedam ad superna et celestia intendens, et ideo dicitur sapiencia, et est quedam ad transitoria et caduca respiciens, et id vocatur prudencia. Sed duo ex racione sunt et in racione consistunt. Et dividit se racio in duo, scilicet sursum et deorsum, quasi in virum et mulierem, ut vir sit superior et regat, mulier inferior et regatur. Unde dicitur: melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens. Melior siquidem est qui pro celeste desiderium a terrenis carnem, necessaria ei subtrahendo, affligit quam qui per carnalem affectum resolutus per omnia que commoda sunt ei satisfacere contendit.

Quomodo diversificantur obiecta secundum diversitatem anime

Sensus iuvatur extus quia oculus carnis quamvis exornatus sit facultate videndi, numquam tamen per se consequitur visionem nec auris auditum nisi beneficio exterioris lucis et soni. Ymaginacio iuvatur extus quia sensibus concipitur. Racio iuvatur intus quia spiritus racionalis ex dono creacionis habilis ad cognoscendum verum et diligendum bonum nisi radio interioris lucis fuit perfusus

Intelligencia
Intellectus
Racio
Sensus

et calore sicut ensis nunquam sequitur sapie
cognicionem sine caritatis affectum.
Intellectus et intelligencia innatur
supernis quia deus lux et ignis est
lux ergo splendorem emittens ex
se quem retinet in se illuminat intelli
genciam ad cognicionem veritatis. Ignis
non de se calorem emittens sed non amit
tens inflamat affectum ad amorem
caritatis. Et sicut solem non videt ocu
lus nisi lumine solis. Sic verum ac di
vinum lumen non potest videre intelligen
cia nisi ipsius lumine domine inquit propheta
In nomine tuo videbimus lumen. Cum
enim mortale hoc induerit inmortalitatem
et corruptibile hoc induerit incorrup
cionem tunc mente pariter et corpore
spirituales effecti secundum modulum nostrum
per mentis illuminacionem omnia sciemus
et per corporis incorruptibilis levitatem
ubique esse poterimus. Volabimus mente
per contemplacionem volabimus corpore per
incorrupcionem. discernemus mente disc
ernemus corpore. cum interiori sensus corporei
vertentur in racionem racionem Intelligencia
mutabitur in deum. sensu visibilia per
cipimus et ymaginacione continentur
visibilium ymaginaciones et similitudines
ad racionem pertinent visibilium raciones
diffiniciones et invisibilium investigaci
ones ad intellectum et intelligenciam

spiritualium et divinorum comprehensiones
et contemplaciones. Sensus vero et yma
ginacio ad racionem non ascendunt sed
infra remanentes omnia aliqualiter
deducere possunt et quasi a longe que
dam ostendere ad que non possunt perve
nire. Similiter quedam intellectum et intel
ligenciam ratio innuere potest sed ad sta
tum eorum non valet ascendere. quia metas
suas et proprios fines habet quos transcen
dere non potest. Sensus et ymaginacio com
munis ceteris animalibus sensus communi
ua. Vident siquidem visibilia et vi
sorum recordantur. In quibusdam eciam
sensibus nos superant. quia iustum
fuit ut brutis animalibus quibus
nichil datum erat intellectus ali
quid daretur amplius in sensu. et e
converso. tanto maior necessitas in
dicatur homini excendere racionis. quanto
maiorem defectum patitur sensua
litatis. Racio autem inde incipit unde
aliquid occurrit quod nobis cum ani
malibus non sit commune. Quedam ergo
sunt infra racionem. quedam iuxta
racionem. infra racionem sunt que sen
su percipimus sicut dura mollia frigi
da calida alba nigra. Iuxta racionem sunt
et racionem probabilia que racione percipimus. sicut
comoda incomoda vera falsa iusta
et iniusta. Racio siquidem est animi

motus visum mentis faciens. vera
a falsis distinguens. Quippe quedam
sunt que nec sensus docet, nec ratio
suadet, sed aut divina revelacione
comprehenduntur aut scripturarum auctori
tate creduntur. sicut deum in una sub
stancia et in tribus personis substancia
liter unum deus siquidem et verum
unisitas ita quod nullum singulorum
et ita motibus racionis non subiacet
qua non est nisi de re aliqua

Quomodo dicatur spiritus et intellectus anima et sensus

Anima est spiritus intellectualis
20. racionalis semper vivens spiritus
in motu bone male que voluntatis
capax secundum benignitatem creaco
nis atque secundum sui operis officium vari
atur nuncupatur nominibus. dicitur
namque anima dum vegetat spiritus
dum contemplatur sensus dum sen
tit animus dum sapit dum intelligit
mens dum discernit ratio dum recor
datur memoria dum consentit vo
luntas. ista tamen non differunt in sub
stancia quemadmodum in omnibus
sunt omnia ista una anime proprieta
tes diverse sed essencia una. in spiritu
tamen et anima potest esse differencia
quoniam omnis anima est spiritus sed non omnis
spiritus est anima. Anime duplices actiones
sunt alio namque consilio erigitur ad
deum atque alio inclinatur ad carnem
inclinatur autem sic cum sit subtilis et in
visibilis videri non potest et per poten
cias suas se extendit et ondit per con
cupiscibilitatem namque appetit per iras
cibilitatem contempnit per racionabilita
tem verumque discernit. Tota anime
essencia in hiis potenciis suis existit
nec per partes dividitur cum sit simplex
et individua. Et si aliquas partes dicatur
habere racione pocius similitudinis quam unita
te composicionis intelligendum est.
Simplex namque substancia anima est
nec aliud magis neque minus est ea in sub
stancia anima sed una eademque substancia secundum diver
sas potencias diversa sortitur vocabula
ac potencias sed antiqua corporis instrumenta
naturales siquidem sunt ei nec aliud
sunt quam ipsa. Tota namque anime substan
cia in hiis tribus plena et perfecta consis
tit. i. in racionabilitate in concupiscibilita
te et irascibilitate quasi quadam sua tri
nitate et tota trinitas hec quedam est
anime unitas et ipsa anima deus est
omnia sua et ipsa omnia est potencie namque
eius et vires idem sunt quod ipsa sed accidentalia
que ipsa non est sive vires est sive vir
tutes non est. Non enim est sua prudencia
sua temperancia sua fortitudo sua iusticia

Item potencie anime sunt racionabilitas con
cupiscibilitas irascibilitas. Vires sunt
sensus ymaginacio memoria et in
tellectus intelligencia. Potencie ta
men possunt dici vires et vires potencie.

De amicicia qua anima corpori coniungitur

c. 1. Quibusdam affectibus et quadam
amicicia anima coniungitur
corpori, scilicet qua amicicia nemo carnem
suam odio habuit. Sociata namque ei
licet eius societate pergravetur inef
fabili condicione diligit illud. Amat
enim carnem suam et ideo libera esse non
potest. A doloribus suis vehementer af
ficitur et formidat interitum quem mori
non potest. Timet defectum que per
naturam deficere non potest. Oculorum specu
lacionibus depascitur. Sonorum delectatur
auditibus suavissimis. Iocundatur
odoribus largis epulacione reficitur.
Et licet hiis rebus inllaqueatus ipsa vide
atur, gravem tamen merore afficitur si
subtrahatur. Hinc non numquam subrepunt
vicia. Ideo in contrarium divinus animam
dilectus corpori indulgencius remitte
re nosscitur locum prebere peccato. Per
sensus quoque progreditur anima ad cor
pus movendum et vivificandum. Ro
uenarum namque sunt foramina in humano
corpore quibus scilicet vitalem conspiracionem

influit et effluit omne quo idem cor
pus vegetatur et regitur. Sunt enim
gravitatisque similia quedam scilicet corporis
supremum et spiritus infimum in quibus sine
naturarum confusione personali tamen
unione facile necti possunt. Omni
a autem gaudent similibus. Itaque
anima que vere spiritus est et caro que vere
corpus est in suis extremitatibus
facile et convenienter uniuntur id est
in fantastico anime quod corpus non est
sed simile corpori et sensualitate carnis
que fere spiritus est quia fieri sine anima
non potest. Sicut enim supremum anime
sue mens ymaginacionem et similitu
dinem sui gerit superioris id est dei. Un
de eius susceptivum potuit esse et ad
unionem temporalem eius qui ipse vo
luit absque ulla diminucione necesse
fuit, sic supremum carnis id est sensualitas
anime gerens similitudinem ad perso
nalem unionem eius essenciam sus
cipere potuit. Nec illud mirum est
cum et in sensu et in memoria pecu
dum quedam sit imitacio racionabili
tatis et in appetitu voluntatis et in hiis
que refugit reprobacionis. Spiritus
namque corporeus qui vere utique est
corpus et sensus naturalis inter mul
ta discernit et vere concupiscibilitatis eligit
et natura irascibilitatis reprobat. Sequitur.

De gradibus vite corporee

22 Habet siquidem corporea vita quosdam gradus manifestos quibus ad ymaginem summe vite proficit. Primus enim gradus corporee vite est sensificacio. Secundus per sensus ingrediens ymaginacio. Tercius per ymaginacionem conceptorum memoria. Quartus per sensum passiones quedam sine discrecione intelligencie providencia, in qua quedam quasi racionis ymago et imitacio est. In hiis omnibus corporea vita spiritualem vitam imitatur. Primum in eo quod sentit. Secundum in eo quod consensum concipit. Tercium in eo quod conceptum retinet. Quartum quod in ymaginacione sine sensu secundum quandam racionis similitudinem seu ad appetendum sive ad fugiendum se inflectit. Quietissima autem sunt media carnis et anime, scilicet sensualitas carnis que maxime ignis est et fantasticus spiritus qui igneus dicitur vigor. Unde quidam de animalibus loquens ait: Igneus est illis vigor et celestis origo. Unita societas carnis et anime, spiritus vite et limi terre. Sic enim scriptum est: Formavit Deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. Dans ei sensum et intellectum ut per sensum limum sibi sociatum vivificaret et per intellectum intus ingrederetur et contemplaretur opera sapiencie. Intellectus intus illustrat, sensus foris decorat, ut in utroque refectionem inveniret, intus ad felicitatem, foris ad iocunditatem. Et quia bona exteriora diu stare non possunt, iussus est homo ab exterioribus ad interiora redire, ab interioribus ad superiora ascendere. Tante siquidem est dignitatis humana condicio ut nullum bonum preter summum sibi sufficere possit. Plenum fuit miraculo quod tam diversa et divisa ab invicem ad invicem coniungi potuerunt. Neque minus mirabile fuit quod limo nostro Deus seipsum coniunxit et ut sibi invicem unirentur Deus et limus, tanta sublimitas et tanta vilitas. Nichil enim sublimius Deo et nichil vilius limo. Mirabilis fuit commixtio prima, mirabilis commixtio secunda, non minus mira erit tercia, cum Deus homo et angelus unus erit spiritus. Eodem namque bono bonus est homo quo bonus est angelus. Eodemque bono uterque beatus. Si tamen ambo adipiscuntur eandem voluntatem, eodem spiritu conspirant. Si enim tam dispensatam naturam carnis et anime ad unam federacionem atque amiciciam Deus coniungere potuit, nequaquam erit

ei impossibile rationalem spiritum qui usque ad consortium terreni corporis humiliatus est cum eodem corpore glorificato ut sit ei gloriae quod fuit sarcinae ad consortium bonorum spirituum qui in sua puritate perstiterunt exaltare atque ad suae gloriae participationem sublimare. Ac si quidem sola caritate nulla necessitate illum creavit talem ipsum ut suae beatitudinis participem faceret. Si ergo tantum gaudium et tanta laetitia est vita ista temporalis quae constat ex praesentia dei in spiritu rationali. Subiciatur ergo corpus animae, anima deo, et unus spiritus erit cum eo. Ita tamen si in humilitate permaneat et gratiam suae creationis per quam glorificandus est agnoverit. Ex carne et anima constat homo et uterque bonum suum habet in quo gaudet et exultat. Bonum animae est deus cum affluentia dulcedinis suae. Bonum carnis est mundus cum habundancia iocunditatis suae. Sed mundus iste est exterior, deus vero interior. Nichil enim eo interius est, nichil eo praesentius. Interior est deus omni re quia in ipso sunt omnia. Ab hoc ergo mundo redeuntes ad deum et quasi ab ymo sursum ascendentes per nosmetipsos transire debemus. Ascendere enim ad deum hoc est intrare in semetipsum et non solum ad se intrare sed ineffabili quodammodo in intimis seipsum transire. Qui enim interius intrans et intrinsecus penetrans seipsum transcendit ille veraciter ad deum ascendit. Ab huius ergo mundi distractionibus cor nostrum colligamus et ad interna gaudia revocemus et si cor nostrum omnino tenere non possumus, saltem a vilitatibus et vanis cogitationibus restringamus, ut aliquando in divinae contemplationis lumine figere valeamus. Hoc enim est requies cordis nostri cum deum suum contemplatur et ipsa sua contemplatione suaviter reficitur. Et dulce est ei semper ad considerandum quemadmodum et laudandum semper est suave. Nichil enim ad beatam vitam praestantius quam velud clausis carnalibus sensibus extra carnem mundi affectum quempiam in semetipsum converti, alienumque effectum amoris sui cupiditatibus sibi soli et deo loqui etc.

De comparatione animae ad ea ex quibus constat corpus

Cum anima sit incorporea per 23
subtiliorem sui corporis naturam, id est ignem et aerem quae in ipso quoque mundo praecellencia sunt corpora. Et ideo magis spiritui similia corpus administrat. Ista siquidem priora accipiunt nutus animae, vivificantur eo quod in corporeae essentiae sunt propinquiora quam humor

et tria ut ad corporis proximi mistionem tota
moles amministraretur. Nullus enim
sine hiis duobus vel in corpore sensus
est vel ab anima spontaneus corporis
motus. Ignis et aer levia sunt que
movent terram et aquam que gravia
sunt. Quapropter corpora ea post anime
abscessus moveri non videmus, quia
ignis et aer que duo per anime presenciam
tenentur in corpore terreno et humido
ut omnium quatuor fiat temperancia
post eiusdem tandem anime absces-
sum ad superna evadunt ac se
se expediunt. Sequitur

De composicione corporis

2x. Corporis autem composicio sic
fit. Corpus constat ex offi-
cialibus membris, officialia ex consimi-
libus, consimilia ex humoribus, hu-
mores ex cibis, cibi ex elementis.
Nichil horum est anima, sed in istis tan-
quam in organis agit et per hec corpora
consilit et hinc vite, in qua factus
est homo in animam vivam. Que cum
temperata et ordinata fuerint congru-
unt vivificacioni et numquam recedit anima.
Si vero distemperata et confusa fuerint
invita recedit anima secum trahens
animam, sensum, sed ymaginacionem,
racionem, intellectum et intelligenciam
et concupiscibilitatem et irascibilitatem.
et ex hiis similiter vita afficitur ad delec-
tacionem seu ad dolorem. Corpus autem
quod primus integrum tamquam orga-
num contemperatum et dispositum fuit
ut melos musicum in se contineret
et tactum resonaret, nunc confrac-
tum et in vili regione iacet. Ani-
ma vero recurrentibus ad regiones
suas elementorum partibus non habens
ubi vires suas exerceat requiescat.
Ab hiis tribus motibus quibus cor-
pus per tempus et locum movebat,
ipsa per tempus illocaliter mota quia et
si organum perit, sed non melos. Nec
quod organum movebat anima, inter cor-
pus et deum posita movetur tempus
reminiscendo quod oblita fuerat vel
discendo quod ignorabat vel nolen-
do quod volebat. Per locum autem non mo-
vetur quia per loca spacia non distenditur.
Deus autem corpore non eget ut sic nec
loco ut alicubi nec forma ut aliquid,
neque aliquo genere sibi in quo subsistat
vel alicui assistat. Sequitur

Quod anima unitur deo

Habet anima quandam naturam 2i
supra omnibus hiis mundane
molis elementis excellenciorem, qua
vacater non possit in aliqua fantasia
corporalium ymaginum quas per sensus cor-
poris percipimus cogitari sed mente intelligi

vitaque sentiri intelligi potest videri non
potest. Non enim est corpus neque deus
neque vita sine sensu qualis in arboribus
neque vita sine racionali mente qualis
est in animalibus sed vita et vita perpe
tua. Nunc quidem minor quam angelorum
et in futuro quidem angelorum si ex pre
cepto creatoris hic vixerit. Preceptum
autem eius est ut in dilectione maneamus.
Manete inquit in dilectione mea. Per dilec
cionem namque racionalem creaturam
sibi copulavit ut eam semper haberet et in
ipso maneret quod de eo in eo delectans gau
dens et exultans. Per dilectionem creato
ri suo et sibi invicem racionalis creatura
copulata est. Solum quod dilectionis vin
culum quod liget in utrosque in id ipsum
per amorem dei omnes ei adheremus. Per
amorem proximi omnes ad invicem uni
simus ut bonum omnium fiat singulorum et
quod quisque in se non habet in altero posside
at. Karitas est via dei ad homines et via
hominis ad deum. Per karitatem namque
venit deus ad homines. Venit in homi
nes homo factus. Per karitatem homines
diligunt deum, eligunt deum, currunt
ad deum et ad deum perveniunt. Sic fami
liaris est deo karitas ut ipse mansionem
habere nolit ubi caritas non fuit. Si ergo
karitatem habes et deum habes quia deus
karitas est. Inspice ergo quantum debeam

diligere deum qui me fecit cum non
eram, redemit cum perieram. Non enim
et de nichilo me fecit non arborem
non avem non aliud de animalibus
sed hominem voluit me esse et dedit
michi vivere, sentire, discernere. Perieram
et ad mortalem descendit, mortalem
suscepit, passionem sustinuit, mortem
vicit et sic me restauravit. Perieram
et abieram, qui in peccatis meis venunda
tus eram. Venit ille post me ut re
dimeret me et tantum dilexit me
ut sanguinis sui precium appenderet
pro me. Tali quoque pacto reduxit me de
exilio et redemit me de servitute. No
mine etiam suo vocavit me ut memoria
le sui semper esset apud me. Unxit
me oleo leticie quo ipse unctus erat
ut ab uncto esset unctus et a christo
diceretur christianus. Sic gratia eius semper
prevenit me. De multis namque pericu
lis sepe liberavit me liberator meus
et cum errabam reduxit me. Quando ig
norabam docuit me. Cum peccabam
corripuit me. Cum tristabar consola
tus est me. Cum desperabam conforta
bat me. Cum cecidi erexit me. Quando
steti tenuit me. Cum ivi duxit me.
Cum veni suscepit me. Hec et alia mul
ta fecit michi deus meus de quibus
dulce est michi semper loqui, semper

cogitare semper gratias agere ut pro omnibus beneficiis suis possim eum laudare et amare. Cum enim sit cunctis presidens, singulos implens, ubique presens, cunctorum curam gerens, et tamen singulis quasi omnibus providens, Ita totum ad custodiam meam occupatum video, quasi omnium oblitus sit et michi soli intendere velit. Semper enim presentem se exhibet, semper se paratum offert, si me paratum invenerit. Quocumque me vertero non me deserit, nisi ego eum prior deseruero. Ubicumque fuero non recedit, quoniam ubique est, ut quocumque iero inveniam eum cum quo possim esse. Quidquid fecero pariter assistit, ut pote perpetuus inspector omnium cogitacionum intencionum et actionum mearum. Cumque hec diligenter considero, timore pariter et ingenti rubore confundor, quia illum ubique presentem michi et omnia occulta mea videntem intueor. Multa enim sunt in me de quibus coram oculis eius erubesco, et pro quibus illi valde displicere timeo. Neque pro omnibus hiis quid ei rependere habeo nisi tantum ut diligam eum. Non enim melius neque decencius

que per dilectionem rependi potest quod per dilectionem datum est. Hoc propter eum videor dixisse, sed forte non propter utilitatem michi et hiis qui mecum senciunt que ego sencio etc.

De comparacione anime ad carnem et ad sciencie susceptionem 2

Anima presencia sua vivificat corpus et sic colligata est ei ut nec cum velit se inde segregare possit, nec retinere cum jussionem sui creatoris audierit. Vita siquidem anime consistit vita corporis, et de morte corporis descendit mors anime. Sicut enim anima vita sua facit carnem viventem et de fonte nature sue irrigat animando, Sic caro per corruptelam materie sue animam, si cupiditatibus illicitis illigaverit, occidit, et cum altera nature alterius videatur, transit utraque in alterius naturam. Hoc est ut aut carnem spiritualem anima suis virtutibus prestet, ut anima carnalem nutrix eius efficiat. Anima tamen nichil de morte habere potest, nisi per vicia corrupta fuit, nec caro aliquid de vita retinere potest, nisi ab anima fuerit irrigata, nec altera in alterius naturam transire potest, nisi aut viciis infecta aut virtutibus detersa fuerit. Racione

insignita est anima, qua artibus docetur egregiis et disciplinis instruitur eximiis, ut de vita sapiat et humana tractet, atque sic ceteris animalibus decenter excellit utpote racionalis substancia. In hoc enim est anima proprie spiritus racionalis, id est spiritus racionalis. Sequitur de inm-

De inmortalitate anime et incorrupcione et quomodo sit in loco

Inmortalis est anima, ne creatori suo similitudine discrepare videatur. Non enim poterat esse ymago et similitudo dei si mortis freno clauderetur. Secundum quendam modum vite quem nullomodo amittere potest inmortalis est. Secundum vero quandam mutabilitatem qua potest vel melior fieri mortalis est. Et sic mortalis est cum bene vivere perdit, licet in se vivere amittere non possit. Sic respectu incorporei dei corporea est. Nichil enim invisibile et incorporeum natura credendum est preter deum solum, patrem et filium et spiritum sanctum. Qui ex eo incorporeus et invisibilis dicitur, quia infinitus et incircumscriptus est et simplex et sibi omnimodis sufficiens se ipso. Et deus spiritus et tamen idem ubique sit in semetipso invisibilis et incorporeus esse dinoscitur. Omnis vero racionalis creatura corporea est, angeli et omnes virtutes corporee sunt, licet non carne subsistant. Ex eo autem naturas intellectuales corporeas esse dicimus, quia loco circumscribuntur, sicut anima humana clauditur carne, que ideo esse et in loco et localis dici potest, quia hec alicubi prius est tota et alibi non est. Non habet tamen corporalem divisionem nec corporalem circumscripcionem, quoniam corporalis quantitatis expers est. Secundum principium et operacionem in loco concluditur, localis et ipsa dicitur. Verumtamen non sicut corpus cui secundum locum principium, medium assignatur et finis, sed respectu incorporee nature que summe incommutabilis ubique est, corporea est anima, quo tale aliquid non est ipsa. Nec tamen per loci spacium dilatatur vel movetur, ut anima non sui parte maiore locum occupet et breviori breviorem, minorque sit in parte quam in toto. Per omnes siquidem particulas corporis tota simul adest, nec minor in minoribus nec in maioribus maior, sed alicubi intensius, alicubi remissius, et in omnibus tota et in singulis tota est. Sicut enim deus est ubique totus in toto mundo et in omni creatura sua, sic anima est ubique tota in toto corpore suo tamquam in suo quodam mundo intensius

tamen est in corde et in cerebro quemadmodum proprie deus dicitur in celo.

De invisibilitate et incorporeitate anime

28 Incorporea et invisibilis est anima. Si enim visibilis esset corporea esset. et si corporea esset palpabilis esset et partes haberet nec simul tota in uno loco esse posset. Nullum enim corpus aut simul totum tangi potest aut simul totum tangere potest. Anima vero in quibusdam suis motibus vel actibus tota simul adest et tota videt et tota visorum meminit tota audit tota sonorum reminiscitur. tota odorat et tota odores recolligit tota per linguam et palatum sapores sentit et discernit tota tangit dura et mollia tota simul approbat vel improbat calida vel frigida tota est visus tota est auditus totum vult tota est voluntas cum tota cogitat tota est cogitacio cum tota diligit tota est dilectio. Potest namque ex parte cogitare et ex parte diligere.

De affectionibus anime et de quattuor virtutibus cardinalibus

29 Habet anima affectiones quibus excitatur ad virtutes. Dolor namque de peccatis timor de suppliciis desiderium de promissis gaudium de premiis. Quedam exacta sunt intuitu. Habet virtutes quibus instruitur et armatur contra vicia. Prudenciam namque scit quid debeat facere. Temperanciam habet contra prospera. Fortitudinem contra adversa. Justiciam qua scit quid cui debeat reddere. Prudencia est scire quid possit. Fortitudo facere quid possit. temperancia non presumere quod non possit. Justicia velle plusquam possit. Prudencia est in eligendis. Temperancia in utendis. Fortitudo in tollerandis. Justicia in distribuendis. Prudencie est nil nisi petendum appetere. temperancie est nil nisi turpia timere et quicquid agimus vel cogitamus ad racionis normam dirigere. Fortitudinis est terrenas cupiditates non tantum reprimere sed penitus oblivisci. Justicie est omnem animi cogitacionem ad solum deum erigere cum tamquam nichil aliud sit sola in eius facie intueri.

quibus perficiatur anima

3 Habet anima sacramentales virtutes quibus iniciatur. scilicet fidem spem sacramentum baptismi inistitucionem confirmacionem etc. quibus deo commendatur. Habet et virtutes quibus proficiat et quibus deo coniungitur ut est humilitas puritas caritas

humilitas cum deo subiciat, puritas
iungit, karitas unit. Sequitur

De viribus anime quibus permiscetur corpori.

31 Habet quoque anima vires qui-
bus corpori permiscetur, quarum
prima est naturalis. Secunda vitalis.
Tercia animalis. Et sicut deus trinus
et unus, verus et perfectus omnia tenet,
omnia implet, omnia sustinet, omnia
superexcedit et circumplectitur. Sic ani-
ma his tribus viribus per totum corpus
diffunditur, non locali distensione
sed vitali intencione. Naturalis
namque virtus operatur epate sanguinem
et alios humores quos per venas ad
omnia corporis membra transmittit,
ut inde augeantur et nutriantur.
Vis ista quadripharie diffunditur, in
appetitivam, in retentivam, expulsi-
vam et distributivam. Appetitiva
que necessaria sunt corpori appetit. Re-
tentiva sumpta retinet donec ex
illis digestio fiat. Expulsiva nociva
et superflua repellit. Distributiva bo-
nos bonorum ciborum humores omnibus
membris distribuit prout cuique
expedit. Istas vires habent omnia
animalia et eo corporis esse videntur
non anime.

De virtute cordis que vivificat et cetera.

Vis vitalis in corde est que ad 32
contemperandum fervorem cordis
aerem hauriendo atque reddendo
vitam ac salutem toti corpori tribuit.
Aere namque puro sanguinem
purificatum per totum corpus im-
pellit per venas pulsatiles que arte-
rie vocantur, ex quarum motu tem-
perantiam atque distemperan-
ciam corporis phisica cognoscit.

De virtute cerebri que facit quinque sensus.

Vis animalis est in cerebro 33
et inde vigere facit quinque
sensus corporis. Iubet eciam voces
edere, membra movere. Tres namque
sunt ventriculi cerebri. Unus anterior
a quo omnis sensus, et alter posterior
a quo omnis motus. Tercius inter
utrumque medius, i. racionalis. Sen-
sus cordis sic fiunt: quod est in corpore
subtilissimum et ob hoc anime vicinius
et similius quam cetera, i. lux, primum per
oculos ipsa diffunditur, emicatque
in radios oculorum ad visibilia con-
tingenda. Deinde miscetur quedam
primo cum aere puro, deinde cum
aere caliginoso atque nebuloso.
Tercio cum corpulenciori humore.
Quarto cum terrena crassitudine.
Primus sensus cum ipso sensu oculorum

pspirat ubi sola ipsa excellit. Isti sensus quia in sola facie p locati sunt fortassis spiritum arbitramur quoniam in faciem insufflauit deus homini spiraculum vite et factus est in animam uiuentem. Auctor quippe rebus post consiliationem nutu preponitur quoniam ista ducit et ista sequitur. Ab ista sensus ab illa motus. Hic consilium precepit actionem. Iste uires tam corporis quam anime dici possunt quoniam ab illa anima in corpore fiunt nec sine utroque fieri possunt.

Quod uis animalis diuisa sortitur uocabula secundum partes cerebri.

36 In prima parte cerebri uis animalis uocatur fantasticales .i. ymaginaria quia in ea rerum corporalium similitudines et ymagines continentur. Unde et fantasticum dicitur. In media parte cerebri uocatur rationalis quia examinat et iudicat ea que per ymaginacionem representantur. In ultima parte uocatur memorialis quia ibi commendat memorie a ratione iudicata.

De triplici uirtute apprehendendi.

37 Aliud quoque est in nobis quo corporea sentimus quod quinque sensibus facimus. Aliud quoque non corpora sed corporibus similia cernimus ut et nos ipsos non aliter quam corporibus similes intuemur. Aliud quo nec corpora nec corporum similitudine conspicimus sed illas res que non habent ymagines sui similes sicut deus est uel ipsa mens rationalis uel intelligencia uel ratio sicut etiam uirtutes .i. castitas prudencia iusticia caritas pietas et quecunque alie sunt quas intelligendo uel cogitando enumeramus diffinimus et discernimus. Porro anima non est corporea quoniam non omnis similitudo corporis corpus est. Dormienti enim et in sompniis tibi uelut corporeus tibi apparebis. Neque illud corpus tuum sed anima tua nec uerum corpus sed similitudo corporis tui. Iacebit enim corpus, ambulabit illa, tacebit lingwa corporis tui, loquitur illa. Clausi erunt oculi tui, uidebit illa et ita in ea tota et integra cernitur similitudo carnis tue. In hac similitudine quasi per loca cognita uel incognita discurrit et sentit leta et tristia. Anima autem mortui sicut dormientis in ipsa similitudine corporis sui sentit seu bona seu mala non tamen sunt corporea sed corporibus similia quibus anime exute corporibus afficiuntur siue bene siue male cum et ipse suis corporibus similes sibimet appareant.

Sunt tamen et vera leticia et vera mo-
lestia facta de rebus spiritualibus in spirituali re.
Certum nempe est quandam spiritualem
naturam in nobis esse ubi corporalium
similitudines aut formantur aut for-
mate ingeruntur seu cum presencia ali-
quo corporis sensu tangimus et continuo
eorum similitudo in spiritu formatur et in
memoria reconditur seu cum absencia
iam nota vel que non novimus cogi-
tamus ut inde formetur spiritualis qui-
dam intellectus. Innumerabilia eciam
pro arbitrio et oppinione fingimus
que vel nec sunt vel esse nesciuntur.
Innumerabiles quoque et forme variare-
rum in animo nostro versantur vel cum
aliquid facimus vel facturi sumus aliquo
eciam spiritu rapiente tollitur anima
in huiusmodi videnda seu bona seu mala.
Nimia quoque intencione cogitacionis
vel aliqua vi morbi ut frenetici per
febrem accidere solet seu commixcione
cuiusdam alterius spiritus seu boni seu ma-
li. Ista corporalium rerum ymagines in spiritu
exprimuntur tamquam corpora ipsius corporis sen-
sibus presententur ut absencia adesse
videantur tamquam presencia et que non sunt
tamquam pre oculis assint. Que dormi-
entibus eciam multa videntur vel mul-
tum vel nichil vel aliquid significancia.
Unde sepe ymagines rerum corporalium
tanta expressione illis representantur
in sompniis quanta et corpora presentantur
vigilantibus ut inter visionem
dormiencium et veram commixcionem
vigilancium non discernatur sed con-
tinuo caro eius moveatur et contra
propositum suum vel contra licitos mo-
res concumbere videatur et quod naturaliter
collectum est per genitales vias emit-
tatur. Hunc motum vigilantes cohi-
bent, dormientes autem ideo non
possunt quia in potestate non habent
ymaginis corporalis expressionem
qua caro naturaliter movetur. Et
sequitur quod hunc motum sequi solet
et quod sine peccato vigilantibus fieri non
potest. Sic in spiritu corporalium ymagi-
nes apparent et multa vel arbitrio
finguntur vel preter arbitrium de-
monstrantur. Ipsa namque anima
que motu proprio semper in motu est
quia corpus non fruitur vel non
plene fruitur corporalia sentire vel
ad corporalia finem sue intencionis
dirigere corpore sopito spiritu similitu-
dines corporalium aut ipsa agit. Sic
eciam ymagines corporum cogitando
ex se ipsa versare et solet aut obiectas
intuetur cum in eas videndas ali-
quo spiritu assumitur. **De multi-
plici visione anime.**

36 Anima est substancia spiritualis sim
plex et indissolubilis et invisibilis
et incorporea, passibilis atque mutabi
lis, carens pondere, figura, colore, non est
credenda pars dei, neque eiusdem substancie
dei vel de qualibet elementorum materia,
sed ex nichilo est creata. Si enim ex semet
ipso deus eam fecisset, nequaquam
viciosa vel mutabilis vel misera esset.
Si autem ex elementis facta fuisset, esset
corporea, cum sit incorporea ignotam.
habens originem, inicium habet, finem
non habet, cum sit spiritualis natura. Nichil
hoc in ipsa contrarium quod terrenum
vel humidum vel aereum, nichil igne
um, nullum colorem, nullo loco conti
netur, nullis membris circumscribitur,
nullo spacio finitur, sed ita est cogitan
da et intelligenda sicut sapiencia, iusticia
et cetere virtutes ab omnipotente crea
te. Natura anime invisibilis est et ideo
invisibiliter in corpore manet et de
corpore invisibiliter egreditur. Per corpus
corpora videt, scilicet celum et terram que in
eis sunt conspicua oculis mentis, in
spiritu corporum similitudines intuentur,
et quid corpus non est et tamen aliquid
est recte cum spiritus dicitur. Secundo qua
dam vi occulta spirituali rapitur anima
ne vite corporum expressas quasdam re
rum corporalium similitudines in spiritu
videat, sed intellectu ea que nec corpora
sed nec corporum formas habent con
spiciat. Hic est sapiencia et iusticia velut
ipsa mens et omnis affectio bona. Ista tria
genera visionum manifesta sunt. Primum 1
corporale quo per corporis sensus corpora
senciuntur. Secundum spirituale quo 2
corporum similitudines spiritu non mente
cernuntur. Tercium intellectuale quo 3
ille res que nec corpora nec corporum for
mas habent conspiciuntur. Intellectu
ali visione nunquam anima fallitur,
aut enim intelligit si verum est, aut si
verum non est non intelligit. In visio
ne autem corporali sepe fallitur anima,
cum in ipsis corporibus fieri putat quod
fit in corporis sensibus, sicut navigan
tibus videntur in terra moveri que stant,
et intuentibus celum videntur sidera
stare que moventur, et divaricatis
radiis oculorum res una duas formas
habere videtur, et unus homo duo
capita, et in aqua remus fractus, et mul
ta huiusmodi. In visione autem spirituali anima
fallitur et illuditur, quoniam ea que vi
det aliquando sunt vera, aliquando falsa, aliquando
perturbata, aliquando tranquillata sunt. Ipsa
autem visa aliquando futurorum omnino similia et
aperte dicta, aut quando obscuris signis
et quasi figuratis locucionibus prenun
ciata. Extasis vero cum ab omnibus sensibus

corporeis alienatur et auertitur anima
amplius quam in sompno solet sed minus
quam in morte non fallitur si ipsa mente
diuinitus adiuta vel aliquo ipsa uisa
exponente Sicut in Apok. decimo.
exponebatur Magna reuelacio est
enim cum bono spiritu assumitur anima falli
non potest quia sancti angeli miris modis
visa sua faciali quadam ac proponenti
iniccione vel commixcione anime esse fa-
ciunt et visionem suam quodam in-
effabili modo in spiritu nostro informant
Ipsi siquidem hiis corporalibus instruen-
dis atque iudicandis presunt et corpo-
ris signatiuas similitudines in spiritu ita
discernunt et tanta potestate quodammodo
tractant ut ea eciam possint spiritibus
hominum reuelando inserere Inde est quod an-
gelus domini apparuit in sompnis Joseph.
dicens Noli timere accipe Mariam
coniugem tuam etc. Et iterum Tolle
puerum tuum et matrem eius etc. Deus autem per
prophetam dicit Effundam de spiritu meo
super omnem carnem et iuuenes vestri
visiones videbunt et senes vestri s. s.
Sunt et alia uisa usitata et humana
que uel ex spiritu ipso nostro materialiter ex-
istunt vel ex corpore spiritui quodam
modo suggeruntur sicut fiunt affe-
cta carne Non solum enim vigilantes ho-
mines curas suas cogitando versant
in similitudinibus corporum Verum eciam
dormientes hoc sompniant quo ing
indigent Nam et negocia sua gerunt
ex animi cupiditate et epulis poculis-
que inhianter insistunt Si forte esu-
rientes sicientes que dormierint Vigi-
lantibus eciam quodammodo instinc-
tu occulto ingestas esse cogitaciones
quasi diuinarent nonnumquam Sicut
Cayphas pontifex prophetauit cum
eius intencio prophetandi voluntate
non haberet Multa videt anima et
eadem natura est visionum seu in vi-
gilantibus seu in dormientibus
siue in egrotantibus quoniam non
est ex aliquo genere sunt que uident
quam ex natura spiritus de quo vel in quo
sunt similitudines corporum Visa siqui-
dem freneticorum similia sunt visis
sompniancium obscuris namque vias
senciendi habent vt videant quod
sompniantes vident Visa eciam so-
mpniancium similia sunt cogitacionibus
vigilancium Dormientibus quippe in
cerebro consopitur via senciendi
que intencionem ad oculos ducit
Ideo quod ipsa intencio in aliud versa
cernit visa sompniorum tamquam species
corporales assunt vt sibi dormiens vi-
gilare videatur et non similia corporibus
sed ipsa corpora intueri se putat Ergo

aut multo amplius ammiror et
vehemencius stupeo quanto celerita
te et facilitate anima in se fabricet
ymaginaciones corporum que per cor
poris oculos non videt ut frenetico
et sompniancium vel eciam extha
si visiones que cum illa tamen natu
ra visorum est procul dubio cor
pus non est. Non enim corpora visa
illas ymaginaciones faciunt in spiritu
nec inde habent ut ad spirituale for
ment sed ipse spiritus in seipso celerita
te mirabili utpote spiritualis intel
lectualis racionalis et ceteri.

De communibus generibus visionum in dormientibus omnium.

3a Omnium que sibi videntur
videre dormientes. Quinque
sunt genera scilicet oraculum. visio. som
pnium. insompnium. fantasma.
Oraculum Oraculum est cum in sompniis
parens vel aliqua sancta persona gravius
que vel sacerdos vel eciam deus eve
nturum quid aperte vel non even
turum faciendum vel evitandum
Visio enunciant. Visio est enim ita id
Sompnium quis videt quo eomodo quo apparu
erat evenit. Sompnium figuris te
Insompnium ctum et sine interpretacione intelli
gi non potest. Insompnium est quando

quod fatigaverat vigilantem ingerit
se dormienti. Sic est cibi cura vel po
tus vel circa studia vel artes vel inf
irmitates. Similiter namque studia que quisque
exercuit sompniat vel sollicitorum actuum
simulachra in presencia agentis in ipsa
apparent in sompniis. Iuxta eciam firm
tatum diversitates diversa accidunt
in sompniis et similiter morum et humorum va
rietates variantur eciam sompnia.
Alia enim vident sanguinei. alia co
lerici. alia flegmatici. Alia melanco
lici. Illi vident varia et rubea. Ista al
ba et nigra. Fantastica est cum quis vix dor Fantasma
mire cepit et adhuc vigilare se esti
mat aspicere videtur irruentes in se
vel passim vagantes formas et va
nas letas vel tribulantes discrepan
tes. In hoc genere ephialtes quem publica
persuasio quiescentes opinantur in
vadere et pondere suo pressos ac sencien
tes gravare quod nil aliud est quam que
dam fumositas a stomacho vel a cor
de ascendens et inde vim animalem opprimens.

Quomodo transfigurantur carnes et figure hominum arte diabolica.

Olet eciam humana opinio quod 3
quadam arte mulierum et potestate
demonum homines possint converti in lu
pos. eciam in iumenta et quecumque neces
saria portare et post pacta opera iterum

ad se redire nec fieri in eis mentem bes-
tialem sed rationalem humanam quamvis fiunt.
Hoc sic intelligendum est quoniam de-
mones naturas non creant sed aliquid
tale facere possunt ut videantur esse que
non sunt. Non enim aliqua arte sed
potestate animus quamvis nec corpus quavis ido-
nealem in membra et lineamenta bestialia
veraciter converti potest sed phantasticum
hominis quod etiam cogitando seu sompni-
ando per rerum innumerabilium genera
variatur. Et cum corpus non sit cor-
pora similes formas mira celeritate
capit. Sopitis autem et oppressis corporis
sensibus hominis ad aliorum sensus
figura corporea perduci potest. Ita tamen
quod corpora hominum ipsa alicubi lateant vi-
ventia quod fit multo gravius atque
oppressius quam sompnio suis sensibus ob-
serantur. Hoc phantasticum autem vel forma-
tum in alicuius animalis ymaginem ei-
aliorum sensibus appareat. Talis quamvis sibi homo
videatur qualis sibi videri posset et
portare honera ista que onera si vera
corpora sunt portantur a demonibus
et ut illudantur hominibus partim vera
hominum corpora partim falsa iumentorum
cernentibus etc.

Quomodo dyabolus in hominum corporibus apparet vel quomodo obsidet. Sequitur

Humanum spiritum aliquando bonus ali-
quando malus spiritus assumit
nec facile discerni potest a quo spiritu
assumatur nisi quia bonus instruit
malus fallit. Fallit autem sepe in mani-
festis bonis ut cum sibi fidit in eis ad
sua seducat. Sic plurimum humanum rapit
quadam occulta mixtura quasi
idem spiritus esse videatur et spiritus patientis
et spiritus vexantis. Ut in demoniacis vi-
demus. Animam tamen hominis id est mentem
nulla creatura iuxta substantiam implere
potest nisi sola trinitas. Implere autem
sathanas mentem alicuius et principale
cordis non ingrediens quod in eum et
in sensum eius sed fraude et iniquitate
atque omni malicia illum alliciens atque
seducens affectum maliciae trahit per
cogitationes et incentiva viciorum
quibus ipse plenus est perverso fallax
nequam et fraudulentus deceptor quamvis
animarum. Non enim praeparatione sue substantie
ut quidam putant quemquam implet
dyabolus aut eius habitator efficitur sed
per fraudulentiam decipiendo atque
maliciam in eo habitare in eo dicitur
quem implet. Solius enim est trini-
tatis intrare implere naturam seu
substantiam quam creavit. Sequitur

De prophecia demonum et miraculis. Sequitur

244

10 Demones et acrimonia sensus et celeritate motus aerei corporis terrenorum corporum sensum facile precedunt et quedam cogitata pronunciant que homines mirantur propter tarditatem terreni corporis. Accessit ante demonibus per tam longum tempus quo eorum vita protenditur rerum longe maior experiencia quam hominibus potest evenire propter brevitatem vite. Dicto futura predicunt et quedam mira faciunt quibus alliciunt et seducunt. Unde quedam mulierculae seducte credunt se et profitentur nocturnis horis cum Dyana paganorum dea vel cum homodyade et innumera mulierum multitudine equitare earumque iussionibus obtemperare. Ipse namque sathanas qui transfigurat se in angelum lucis cum mentem cuiusdam mulierculae ceperit et hanc sibi per infidelitatem subiugaverit, illico transformat se in diversarum personarum species et similitudines et mentem quam tenet captivam in sompnis deludens modo leta modo tristia modo cognitas modo incognitas personas ostendens per devia quemque deducit et cum solus spiritus hoc patitur infidelis non in animo sed in corpore evenire opinatur. Dicto nimis stultus et ebes est qui hec omnia que in spiritu fiunt etiam in corpore accidere arbitratur. Cum Ezechiel et alii prophete, Johannes etiam evangelista et alii apostoli in spiritu non in corpore visiones viderunt. Sequitur

Quomodo mortui cognoscunt que sunt in hoc mundo. Sequitur modo.

Cum homines vivi seu mortui hominibus dormientibus seu vigilantibus apparent, non in ipsis rebus ut sunt videntur sed in quibusdam similitudinibus rerum. Istud autem angelicis operacionibus fieri credimus per disposicionem providencie dei bene utendo bonis vel malis secundum inscrutabilem altitudinem iudiciorum suorum seu hinc instruantur mentes mortalium seu fallantur seu consolentur seu terreantur, sicut unicuique prebenda est misericordia vel irroganda iusticia ab eo cui non inaniter decantat ecclesia. Ibi siquidem sunt spiritus defunctorum ubi non vident neque audiunt que agantur aut eveniunt in ista vita hominibus. Ita tamen quod cura est eisdem de vivis quamquam quid agant omnino nesciant, quemadmodum cura est nobis de mortuis quamvis quid agant omnino nesciamus. Nesciunt quidem mortui quid hic agatur sed dum agitur postea audire possunt ab eis qui hic moriendo ad eos pergunt, non quidem omnia 11

sed quantum eis sinitur indicante et eos oportet scire. Etiam possunt ab angelis qui hic presto sunt nobis, animas nostras ad illos deferunt. Spiritu etiam dei revelante cognoscere possunt que hic aguntur, que necessaria est eos noscere. Quidam etiam ex mortuis ad vivos mitti possunt non per propriam naturam sed per divinam potentiam. Utrum autem ista fiant per eorum presentiam aut per angelos suscipientes eorum personam affirmare non audeo. Deus enim omnipotens qui est ubique presens per angelica ministeria usquequaque potest ista hominibus prebere solacia quibus in huius vite miseria iudicat esse prebenda.

Quod potentie anime crescant non anima. et quod anima corporis habet similitudinem in penis.

42. Potentie anime atque virtutes longa exercitatione atque successu temporum crescunt. Ipsa vero non crescit nec decrescit sed aut temporalitate membrorum aut humorum crassitudine et corporis corruptione impedita vires suas exercere non possunt. Anima dum carne exuta est vivit videt audit et omnes sensus atque ingenia vivacius retinet. Utpote purior subtilis viva et expedita. Et sicut deus ubique est quodammodo in semetipso ac per hoc idem anima

potest corpus ubi erat in corpore agens. Ubi deus est modo, ubi priusquam mundus fieret, ubi etiam foret si mundus esse desineret sicut sepe dictum est. Incorporea est. Potest tamen habere similitudinem corporis non corporalem sed corpori similem et corporalium omnino membrorum cum de corpore egreditur. Verum enim anima ad spiritualia promeritis fertur aut ad loca penalia similia corporibus qualia sepe monstrata sunt hiis qui rapti sunt a sensibus corporeis et mortuis similes iacuerunt, cum et ipsi in semetipsis similitudinem quandam gererent corporis sui per quam possent ad illa ferri et talia similibus sensibus experiri. Anime siquidem que in corporibus viventes per discretionem rerum visibilium corporalibus ymaginibus tormenta patiuntur propterea etiam corporalibus passionibus teneri possunt quia a corporatione corporalium affectionum hic mundate non fuerint quam corpulentiam de carnis dilectione traxerunt. Quedam autem anime in eisdem locis in quibus culpam commiserunt puniuntur. Quedam vero abditis receptaculis usque ad plenam resurrectionem continentur. Sicut unaque digna est requie vel miseria.

Quomodo anima cognoscat se per se

83 Multa de anima dixi. sed nō
dixi quando facta vel qui-
de corpe egreditur/ Hec non dicē
possunt quoniam nec inicium meū
scio nec finem/ Nescio unde venio
aut quo sed plane scio q mortales
simus/ et q velimus nolimus om-
nes moriemur/ quoniam mors
expectat nos ubique/ Nichil enī
morte certius nichil hora mort
incertius/ Nam nescimus qn vel
quomodo aut ubi aut ubi moriemur.
Ideo semp debemus esse parati.
Ut cum corpus revertatur ad terram
de qua sumptum est et spc redde
at ad dm qui dedit illum/ Illud si
quidem maxime nos movere debz
q a veteribus sapientibus ipe ho
mo ita diffinitus est homo ē ani
mal rōnale mortale. hoc gnē po
sito q animal dem est additas du
as differencias/ ut videmus quibus
amonendus erat homo et quo
esset redeundum 2 unde fugien
dum/ Sicut enim progressus ani
me usque ad mortalia lapsus est
si egressus eius usque ad rōnem
esse deberet qua inpugnantibus
viciis resistere valeat ut scdm naturam
suam vivat et ordinem appetat.
sub illo . s. a quo regi debet et sup

ea que regē deberet/ Uno verbo quod
rōnale dicitur/ separatur a bestiis/ Alio
uero quod mortale a divinis illud. inst
terminet bestia erat/ Ideo ut homo
sibi incognitus se cognoscat magnū
opus consuetudine recedendi a sensi
bus/ Et anima ad se colligat ut in seipsa
se retineat/ Hiis siquidem sensibus e
greditur anima ne eciā seipsam vale
at et creatorem suū quoniā sola et
simplex in istis oculis interius dicitur
Anima namque rōnalis inter eas res
que sunt a deo condite supat omnia.
et ideo deo proxima est quando est pura
eique quantum karitate cohesent intm
ab eo illo lumine intelligibili pfusa.
et illustrata quodammodo non p cor
poreos oculos sed p suū ipsius principa
lem potenciam i. intelligenciam deum
cernit in quo ē pfectissima pulchritu
do et btissima visio qua visione fit bta
Removeat ergo a consideracione sua
omnes noticias que p corporis sensus
exterius capiuntur/ quam carnis
corpalia et eorum similitudines sen
sus quoque et ymagines in memoria
sive cum recordando reniscentur que
ad exteriorem hominem ptinent quamque
istis quasi viciis anima exteriori ptia
patiens ergo cui nichil seipsa pnciis
est a qua intion non simulata sed vera

presencia videat se in se. Nichil enim tam
novit mens quam id quod sibi presto est
nec menti quidquam magis presto
est quam ipsa sibi. Nam cognoscat se vivere
meminisse se intelligere se velle cogi-
tare scire iudicare. Novit hec omnia
in se, neque ymaginatur quasi extra
se illa aliquo sensu corporis tetigerit
sicut corporalia que tanguntur ex quo-
rum cogitacionibus si sibi nichil affi-
gat ut tale ad se esse putet quidquid
ei de se remanet hoc solum ipsa est.
Nichil enim tam in ipsa mente quam ipsa
mens est neque quidquam mentem
se cognoscat quemadmodum mens.
Cum enim querit mens quid sit mens
que seipsam querit nec enim alio que-
rit se quam seipsa. Cum ergo querentem
se novit se utique novit et omne
quod novit tota novit atque se ita to-
tam novit et si in parte invencio est non
se totam querit, tamen quia se totam
querit tota sibi presto est. Nichil enim
seipsa presencius potest esse. Quid autem
de se querit quid antea fuit vel eve-
tura sit vel qualis modo sit querit
id est quam similis deo quam humilis et devota
quam pura quam sancta. Sed quia in istis est
corporalibus que cum amore cogitat
et cum quibus amore assuefacta est
non potest utique sine ymagine cor-

vide semetipsam. Namque tanto amo-
ris et glutinis coheserunt que for-
sunt carnalia ut eciam cum absunt
ista presto sunt ymagines corporum cogi-
tanti. Quapropter cum se cernere eas ad se non
potest ut se solam inspiciat et videat.
Ergo redeat ad se et stet in se, nec
sicut absentem se querat. Velut pre-
sentem se curet cernere et discernere et inten-
cionem voluntatis qua per alia vaga-
batur statuat in seipsa et cogitet se.
Ut seipsam cognoscat et diligat et ita
videbit quod nunquam se amaverit
et nunquam nescierit. Sed corporalia sicut
amando cum eis se confidit. Ita ut sine
magno labore separari ab eis non pos-
sit quibus cum amore inhesit. Propter
fantasias corporalium ymaginum defor-
matur eisdem quoque alte impressis eciam
soluta a corpore non exuitur. Si enim
a corrupcione corporalium affectionum
hic non emundatur corpore exuta cor-
poralibus tenetur passionibus. Studeat
ergo in hac vita se ab huiusmodi confede-
racione mundare quatenus tamen hinc
exierit nichil corporeum secum trahet
a corporali passione immunis existat.

De conservacione corporis per animam et spiritum.

Vivificacione et sensificacione
descendit anima ad corpus.

XX

spiritualia namque sua illud vivificat et colligit in unum atque in uno tenet diffluere atque contabescere non sinit congruenciam eius atque modum sinat non tantum in pulchritudine sed etiam in crescendo atque in gignendo. intendit etiam se anima in tactu et eo callida et frigida aspera et levia dura et mollia. levia et gravia sentit. atque discernit. Deinde innumerabiles differencias saporum odorum sonorum formas gustando olfaciendo audiendo videndo diiudicat atque in hiis omnibus ea que secundum naturam sui corporis sunt appetit fugitque contraria et removet a se ab hiis sensibus certoque intervallo temporum et corporum motus quasi per quasdam ferias reparans rerum ymagines quas per eas hausit secum catervatim et multipliciter versat.

Quo indiget anima ad intelligendum divina

87 Cum vero vult intelligere vel divina deum vel in se ipsam suasque considerare virtutes abstrahit se ab omnibus sensibus sive corporeis quibus non adiuvatur nisi ad corporeas formas coloresque senciendos et spiritu atque racione se conspicit. Intelligencia atque contemplacione ad deum ascendit. Deus vero revelacione atque divina inspiracione descendit.

Quid sit meditacio et quid sit contemplacio. 86

Meditacio siquidem est occulte veritatis studiosa investigacio. Contemplacio vero est perspicue veritatis iocunda ammiracio. Nulla itaque divina illuminat revelacio ut veritatem cognoscat. statim divina inspiracio inflamat ut eam diligat. Corpus autem sensu vel ymaginacione ad deum ascendit. Humanum siquidem corpus ex quatuor elementis compositum esse in carne et ossibus terra maxime apparet propter terrenam soliditatem. aqua in humoribus aer continetur in pulmone. Ideo spiri motu est quia ventilabrum est cordis ne nimio calore cor consumatur et dissolvatur. Sedes ignis est in corde et ideo inferius est latum et superius acutum quam formam ignis retinet. Quedam vis ignea aere temperata a corde ad cerebrum ascendit. ibi purificata et collata per oculos aures nares ceteraque instrumenta sensuum foras progreditur et ex tactu exteriori formata quinque sensus corporis facit videlicet visum auditum odoratum gustum et tactum. qui tangendi sensus ab anteriori parte cerebri ad posteriorem transiens et inde per cervicem et medullam spine

descendens per corpus totum diffunditur
Apperta ipsa vis ignea que exterius
sensus dicitur eadem formata per ipsa
sensuum instrumenta per que egreditur
et in quibus formatur operante natu
ra introrsum ad cellam fantasticam
usque retrahitur et reducitur atque
ymaginacionem efficit. Postea eadem
ymaginacio ab anteriori parte capitis ad
mediam transiens ipsam anime racio
nalis substanciam contingit et exa
ctat discrecionem intantum iam puri
ficata et subtilis effecta ut ipsi spiritui
immediate coniungatur. Veraciter tamen
naturam corporis retinens et proprieta
tem. quequidem ymaginacio non
transcendit in brutis animalibus fan
tasticam cellam. In racionabilibus autem
purior fit et usque ad racionalem et in
corpoream anime substanciam con
tingendam defertur et progreditur.

Quid sit ymaginacio

81 Est itaque ymaginacio. simi
litudo corporis per sensus quidem
corporeos ex contractu corporum concep
ta extrinsecus atque per eosdem sensus
introrsus ad partem priorem corporei
spiritus reducta ei quasi impressa in summo s.
corporalis spiritus et in ymo racionalis cor
poralem informans et racionalem con
tingens. Est enim corpore non vero aereum
vel per aerem ignem qui pre sui subtili
tate videri non potest et corporis
intus vegetando vivificat. Que
dam autem vegetativum et sensifica
tivum. sicut arbores et herbas et uni
versa intra firmamenta. Quedam ve
getat et sensificat sicut omnia bruta
animalia in quibus quedam tantum
sensus habent et ymaginacionem non
habent. Quedam vero sensum et y
maginacionem habent. Cum itaque
magis sit sensificare quam vegetare con
stat profecto hanc inde esse subtilem
et ubi magis subtilis est magis spiritus
est. Magis siquidem in corpore nature
appropinquat cum ymaginacionem for
mat quam sensum prestat. Nichil enim
in corpore alicuius altius spiritui vici
nius esse potest quam id ubi potest sensus
ac super sensum vis ymaginandi con
cipitur. Quod quidem in tantum sub
tile est ut quidquid super illud est.
aliud non sit quam racio. Sequitur

Quod anima ex diversis officiis diversa sortitur 82

Anima nomina
Animatur totus homo interior
qua vivificatur regitur et contine
tur. Licet illa massa humefacta sicut
ne arefacta dissolvatur. Dum ergo
vivificat corpus anima est. Dum vult

animus est dum scit mens dum
recolit memoria est dum iudicat
racio est dum spirat uel contempla
tur spiritus est dum sentit sensus est. Un
de sensus dicitur pro hijs que sen
cit unde et sensus nomen accipit
habet etiam corpus quinque sensus
quia per eos anima subtilissime totum
corpus agitat vigore senciendi. Ita
autem hec omnia adiuncta sunt anime
ut una res sit pro efficiencijs tam
causarum diuersa nomina sortita
est anima in essencia est simplex in
officijs multiplex. Memoria autem
mens est unde in memores amen
tes dicimus. Omnium tam thesaurus
et custos est memoria nec euacua
ri potest tam grandis est eius per
plexitas et animus ipsa est nec aliud
significo quam animam cum mentem
dico sed propter animam et propter aliquid
mentem. Nam totum quod uiuit
hominis anima est. Cum autem anima
nisi agit se et ex se et per se sola mens
dici solet. Sensus autem ad sua ministeria
implenda consuetus anima dicitur
spiritum idem esse quam animam pronunciat
ewangelista Johannes christi potestatem
habeo ponendi animam meam et potestatem
habeo sumendi eam. De hac quoque
ipsa anima deinde passionis tempore
memoratus ewangelista ita protu
lit dicens: Inclinato capite emisit
spiritum. Quid est enim emittere spiritum
nisi animam ponere. Sed anima dicta est
pro eo quod uiuit spiritus autem uel pro spirituali
natura. Vel pro eo quod spirat in corpore
Ceterum animum dicimus idem esse quod
animam sed anima uite animus consi
lij. Unde debent philosophi animo vitam
manere et sine mente animam durare.
Sicut in amentibus. Ad mentem
enim videtur pertinere ut sciat. Ad
animam ut uelit. Pueri etiam inge
nitricis utero sine sciencia et volun
tate uiuunt. Mens autem vocata est
quia eminet in anima. Vel quia me
minit. Quapropter non anima sed quod
excellit in anima mens vocatur
tamquam caput vel oculus. Unde et
ipse homo secundum mentem ymago dei
dicitur. Mens autem ab eo dicta est
quod emineat in anima. Prestancior
siquidem vis est anime a qua pro
cedit intelligencia. Sequitur.

Quid sit racio et de tribus gradibus contemplacionis. Sequitur.

Racio siquidem est anime mo
tus visum mentis acuens
veraque a falsis distinguens. Re
deat ergo ad se mens racionalis

et colligat se in se ut sine ymaginibus
corporeis seipsam et omnipotentis dei
invisibilem naturam considerare va-
leat. terrenarum fantasmata ymagi-
num et quicquid terrenum eius cogitaci-
oni occurrit respuat. et talem se in ani-
ma querat et videat qualis esse est
sine istis. Consideret se talem qualis
est sub deo super corpus creatum. Deinde
super se surgat et seipsam deserat atque
quasi in oblivionem sui animo veniat.
et se contemplacioni sui creatoris hu-
militer et devote subiciat. Cum enim
cepit mens per puram intelligenciam in
semetipsam excedere et illam incorpo-
reas claritatem totam intrare et i-
bi ex hiis que in intimis videt quemdam
intime suavitatis saporem trahere
et ex eo intelligenciam suam condi-
re et in sapienciam vertere. intantum in
hoc mentis excessu. pax illa que ex-
superat omnem sensum invenitur. atque
inquietudo abicitur ut fiat silencium
in celo quasi hora dimidia ita ut con-
templacionis animus illam allitricem
cum cogitacionum tumulacione tur-
betur. Nichil omnino inveniens quod vel
per desiderium petat vel per fastidium
arguat vel per odium accuset. intra con-
templacionis tranquillitatem totus
colligitur et intromittitur in quedam af-

fectum multum insolitum interius
ac nescio quam dulcedinem que si sic
semper sentiretur profecto magna fe-
licitas esset. Nichil enim sensualitatis
nichil agit ymaginacio sed omnis infe-
rior vis anime proprio intantum indui-
tur officio. privatur aut anime pars
in illud intime quietis secretum et
summe tranquillitatis archanum fe-
lici iocunditate introducatur. Vivus
siquidem est sermo dei et efficax et
penetrabilior omni gladio et pertin- // ancipiti
gens usque ad divisionem anime
et spiritus. et ideo nichil in creatura ac di-
visione mirabilius cernitur ubi id quod
essenciale unum est atque indivisum
in semetipsum scinditur et quod simplex
in se et sine partibus constat quasi qua-
dam particione dividitur. Neque enim
in homine una alia essencia eius spiritus
est atque alia est eius anima sed pror-
sus una eademque simplicis nature
substancia. Non enim in hoc gemino
vocabulo gemina substancia intelli-
gitur. Sed tamen ad distinctionem
ponitur gemina vis eiusdem essen-
cie. Una superior per spiritum alia inferior per
animam designatur. In hac itaque di-
visione anima et quod animale est ymo
remanet. Spiritus autem et quod spirituale est
ad summum evolat. Ab infimis ergo

Hebr. 4

diiudicatur ut ad summa sublimetur. ab
anima scindatur ut deo uniatur quo
niam qui adheret deo spiritus est. Felix di
uisio et mirabilis separacio quod corpulen
tum est et feculentum deorsum rema
net quod spirituale est et subtile usque ad
speculacionem diuine sublimatur et
in eandem ymaginem transformatur.
Pars inferior componitur ad summam pa
cem et tranquillitatem. Pars autem subli
matur ad gloriam et iocunditatem. Licet
enim mens humana non sit eiusdem
nature cuius est deus. ymago tamen
illius nature qua nulla melior est ubi
querenda et inuenienda est in nobis.
quoniam natura nostra nichil habet
melius. Sed prius mens ipsa in se
ipsa consideranda est et in ea reperi
enda est ymago dei. Mens ergo quando co
gitacione se conspicit intelligit se et
recognoscit. quando contemplacione ad
deum ascendit ut eum intelligat et
diligat. ymago dei est. Cogitando eci
am uir est. ut dicat apostolus. Vir non
debet uelare caput suum cum sit yma
go dei et gloria. id est quanto magis se ex
tendit in illud quod eternum est tanto
magis transformatur in ymagine
dei. et ideo non est cohibenda ut inde
se contineat ac temperet. Quando uero
ea agit uel cogitat que sunt tempo
ralia mulier appellatur. et tunc non est
dicenda ymago et ipsa debet uelare
caput suum. ne nimium sit progressio eius
ad inferiora ne cum licita agit illicita con
cupiscat etc.

De multiplici dignitate anime sequitur. 10

Quanta dignitas humane condi
cionis esse demonstratur ut non
solum iubentis sermone sicut alia sex die
rum opera sed consilio sancte trinitatis
et opere diuine maiestatis creatus sit ho
mo. ut ex prime condicionis honore
intelligeret quantum deberet suo condito
ri. dum tamen mox in condicione dignitatis
priuilegium prestitit ei conditor ut tan
to amplius conditorem diligeret quanto
mirabilius se ab eo intelligeret conditum.

In quibus anima ymago dei sit uel qualiter. 11

Nec ob hoc solum quod consilio sancte
trinitatis sic excellenter a con
ditore conditus sit sed eciam quod ad yma
ginem et similitudinem suam creator
omnium eum creauit quod nulli alteri de crea
turis donauit. Que ymago diligencius
intuentis hominis nobilitate est conside
randa. Primo quod sicut deus unus semper
ubique et totus est omnia uiuificans
mouens et gubernans. sic ait apostolus.
quod in eo uiuimus mouemur et sumus. Sic
anima in suo corpore ubique tota uiget

vivificatius illud nec est in maioribus
sui corporis membris maior et in mino-
ribus minor sed in minimis tota est et in
maximis tota. sic infusa est corpori ut
neque per membrorum partes partibus sit di-
visa. Nam in quolibet loco per se patitur
dolet tota. Unus autem modo eademque vi-
vificatione membris presidens cum
ipsa per naturam non sit divisa per corpus
tamen agit divisa. Ipsa quippe est que
per oculos videt, audit per aures, per nares
odorat, per os gustat, per membra tangit
et tangendo leve ab aspero discernit
et cum non sit diversa per sensus operatur
diversa. Ex qua re intelligitur quod ita est
anima secundum suum modum in suo corpore
sicut deus in suo mundo. Interius siqui-
dem et exterius, superius et inferioribus,
regendo superiora, portando inferiora,
replendo interiora, circumdando exteriora.
Sic est intus ut extra sit, sic circumdat
ut penetret, sic presidet ut portet, sic
portat ut presideat. Et sicut deus in
crescentibus creaturis non crescit ne-
que decrescentibus decrescit, Sic anima
nec in minimis membris minuitur
nec ab auctis augetur. Hec est yma-
go sive similitudo omnipotentis dei
quam habet anima in se. Quandam
etiam ymaginem habet sancte trinitatis
primo in eo quia sicut deus est [illegible]

vivit et sapit. Ita anima secundum suum mo-
dum est, vivit et sapit. Est quoque et
alia trinitas quia ad ymaginem perfe-
ctam quidem et summe trinitatis que est in
patre et filio et spiritu sancto condita est. Licet
unius sit anima nature, tres tamen
habet in se vires, id est intellectum, volun-
tatem et memoriam. Quod idem licet
aliis verbis in evangelio designatur
cum dicitur: Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo et ex tota mente tua,
id est ex toto intellectu, ex tota volunta-
te, ex tota memoria. Nam sicut ex
patre gignitur filius et ex patre et filio
procedit spiritus sanctus, Ita ex intellectu
generatur voluntas et tunc ex hiis duo-
bus procedit memoria, sic facile potest
a quolibet sapiente intelligi. Nec
enim anima perfecta potest esse sine
hiis tribus, nec horum trium aliquid
sine aliis duobus constat quantum ad
suam beatitudinem. Et sicut deus pa-
ter, deus filius, deus spiritus sanctus est, Non
enim tres dii sed unus deus et tres
persone. Ita anima intellectus, anima
voluntas, anima memoria. Non tamen
anime tres in corpore uno sed anima
una et tres vires, atque in hiis tribus
divinam ymaginem gerit mirabiliter
in sui natura noster interior homo et
ex hiis quasi excellentioribus anime

Intellectus
Voluntas
Memoria

viribus iubetur diligere conditorem et in quantum diligitur, in quantum intelligitur, semper in memoria habetur. Nec sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore eius voluntas. Ymmo neque hec duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis maneat deus. Ut sicut nullum potest esse momentum quo homo non utatur vel fruatur bonitate dei vel misericordia, ita nullum sit momentum quo presentem memoria non habeat illum. Et ideo michi iuste videtur interiorem hominem ymaginem esse dei.

Quomodo sit facta anima ad similitudinem dei.

72 Nunc vero de similitudine aliqua dicamus. Nam sicut deus creator qui hominem ad ymaginem suam creavit est karitas, bonus, iustus, et paciens, mitis et misericors, mundus et cetera sanctarum virtutum insignia que de eo leguntur, ita homo creatus est ut karitatem haberet et bonus esset, et iustus, paciens, mitis, mundus, et misericors. Quas virtutes quanto quisque plus in seipso habet, tanto propinquior est deo et maiorem sui creatoris gerit similitudinem. Si vero quod absit per devia viciorum et diverticula malorum ab hac nobilissima sui creatoris similitudine degener oberret, tunc fiet de eo quod scriptum est: Homo cum in honore esset non intellexit. Quis maior honor potuit esse homini quam ut ad similitudinem sui conditoris conderetur et eisdem virtutum vestimentis ornaretur quibus conditor, de quo legitur: Dominus regnavit decorem indutus, id est omnium virtutum splendore et tocius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius potest esse homini dedecus aut infelicior miseria quam ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa ad informem et irracionabilem brutorum et iumentorum similitudinem dilabatur. Quapropter quisque diligencius attendat prime condicionis sue excellenciam et venerandam sancte trinitatis ymaginem in seipso agnoscat, honorem per divine similitudinis ad quam creatus est nobilitatem morum et exercitacione virtutum et dignitatem interiorum habere contendat, ut quando apparebit qualis sit tunc similis illi appareat qui eum mirabiliter ad similitudinem suam in primo condidit, mirabilius quam in secundo, id est in seipso reformavit.

De convenientia et disparitate inter deum et animam

[illegible]

256. 128

Magna conveniencia est inter deum et animam. Deus namque vita est, spiritus est, sapiencia et amor. Vita est anima, est spiritus in quo spu est sapiencia et amor. Vita deus est, vita et anima est similis sed dispar. Omnibus quidem vita quia se ipsa vivens quod non tantum vivens sed et vivificans sicut et ille. In hoc eciam anima est dispar quoniam ille creator est et illa creatura. Nisi enim creata ab eo non esset et nisi ab eo vivificata non viveret. Vivit anima naturali vita eciam si spirituali vita non vivat sed talis vita peccans est mors quoniam peccatum mors pessima est. Anima quidem que secundum carnem vivit vivens mortua est et ideo convenienter illi non vivere quam sic vivere. Vita anima est vivens quidem non aliud est quam se ipsa et ob hoc non tam vivens quam vita est. Inde est quod infusa corpori vivificat illud ut sit corpus vivens vite presencia non vita sed vivens.

De conveniencia anime ad deum in via et patria sequitur.

Creata est anima a deo vita a vita simplex a simplici, immortalis ab immortali et ut non sit longe a creatore suo ei appropinquare videtur simplicitate essencie et perpetuitate vite. Hec enim et si spiritualiter non vivat immortaliter tamen necesse est ut vivat. Creata est anima magna a magno, recta a recto. Eo magna quo appetens superiorum, eo recta quo viventi deo animat. Namque quantum dei pietas respirat humilitas subdit obediencia condit, et paciencia perducit devocio introducit puritas iungit karitas unit. Habet anima in se amorem quo semper potest stare cum deo aut redire si mota cum suis affectibus primo defectibus ab eo fuit. Solus amor est ex omnibus anime sensibus atque affectibus in quo potest anima etsi non ex equo suo respondere auctori vel de simili rependere vicem mutuam. Item et si minus amat quoniam minor est, tamen si ex tota se diligit nichil deest ubi totum est. Renuncians ergo cunctis affectionibus aliis tota soli incumbat amori. Enim deus se totum in amore illius cui respondere habet redamando amore. Amat siquidem deus ut ametur et cum amat nichil aliud amat nec vult quam amari sciens ipso amore beatos qui se amaverint. Per amorem venit ad homines, venit in homines, factus est homo et delicie illius esse cum filiis hominum. Nostre vero delicie erunt cum ad deum venerimus et videbimus sicuti est atque similes ei erimus et tunc erit

[illegible]

188

manifesta visio, plena cognitio, beata dilectio, et firma connexio, societas individua, similitudo perfecta; et intrabit in eternum et videbit in perpetuum et mirabitur. Sicut enim corpus in resurrectione sua vitam et sensum recipiet, et id est cognitionem et amorem dei. Quod autem cognitio sit vita, ipsa veritas affirmat dicens: Hec est vita eterna ut cognoscant te deum verum et quem misisti ihesum christum. Amor etiam sensus est. Nam sicut exterior homo circa ista temporalia quinque partito sensu afficitur, id est visu, auditu et ceteris, sic interior homo in beata vita ita quinque inaffabilia dei ineffabili amore afficietur. Cum enim deum suum amabit, quandam lucem, quandam vocem, quemdam odorem, quemdam cibum et quemdam amplexum interiorem amabit. Ubi enim fulget quod non capit locus, ibi sonat quod non rapit tempus, ibi olet quod non spargit flatus, ibi sapit quod non minuit edacitas, ibi heret quod non divellit societas. Ibi siquidem videtur deus sine intermissione, cognoscitur sine errore, amatur sine offensione, laudatur sine fatigatione. Sequitur:

Quod anima est civitas dei

71 Nobilis creatura est anima. Civitas namque dei est de qua tam gloriosa dicta sunt, quia ad ymaginem et similitudinem facta est dei. Hec civitas merito ierusalem appellanda est, quia ad fruendum visione illius summe pacis que fecit utraque unum creata est. Ortus eius paradisus est, in qua divina celestia meditantur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus etiam summi patrisfamilias est anima per unitatem morum; sponsa christi per dilectionem; templum spiritus sancti per sanctificationem; civitas regis eterni per concordiam civium. Et quia illa est civitas absque populo, disposuit in ea conditor iure populum triplicis gradus, id est sapientes ad consulendum, milites ad pugnandum, artifices ad ministrandum. Cives huius civitatis sunt naturales et ingeniti anime vigores tamquam indigene, quorum distincti sunt gradus, quia alii superiores, alii inferiores, alii medii. Superiores sunt quidam intellectuales sensus, medii rationales, infimi animales. Quorum hec differentia est: animalis seu sensualis appetit visibilia, rationalis discernit et discretionis oculo aspicit ea, intellectualis pertrahit ad divina. Intellectuales ergo sensus sunt tamquam anime consiliarii dicentes ei: Deum time et mandata eius serva

Intr.

propter hoc enim est omnis homo. Racionales sunt tamquam milites qui hostes concupiscenciarum impugnant per arma iusticie. Animales seu sensuales sensus sunt tamquam rustici et alii artifices qui corporalibus rudimentis insistunt et corpori alimenta ministrant. Hanc triplicem vim anime, id est sensualem, intellectualem, animalem, philosophi partes vocaverunt non integrales sed virtuales quia potencie eius sunt. Sensualitas ea vis anime est qua corpus vegetat et per corporis sensus ista exteriora sentit et discernit. Omnes enim sensus tam exteriores quam interiores ad animam referuntur utpote ab illa procedentes. Ut enim senciant omnes ab anima habent. Racio est vis anime supra corporalia et infra spiritualia collocata. Discernit enim verum a falsis quod est logice, virtutes a viciis quod est ethice, et experimenta rerum investigans naturas quod est phisice. In hiis vero tribus tota philosophia consistit. Totam ergo philosophiam racio comprehendit. Intellectus seu intelligencia ea vis anime est qua de divinis quantum homini possibile est cognoscat ad celestia archana penetranda. Racio per se non sufficit nisi a deo adiuta fuit. Tunc finis eius si bene viget cum ad cognicionem secretorum que diu investiganda quesivit pervenerit. Intellectus seu intelligencia nuncupatur. Philosophus cum dicat intelligenciam solius dei esse et admodum paucorum hominum. Sed horum alterum ab altero sepe ponitur. Memoria est consors et cooperatrix est racionis quoniam sine ea racio nec ad incognita procedere nec cognitorum scienciam retinere potest. Memoria est vis anime accepta retinens, preterita repetens, elapsa colligens. Humanus appetitus inter yma et summa positus. Cum plerumque ad utrumque divisus sibimet sibi sit contrarius et quamcumque partem totus transierit nomen eius mutuo sortitur. Si carnis voluptatibus pascatur carnalis sive animalis nominatur. Si spiritualibus desideriis delectatur spiritualis nuncupatur. Appetitus siquidem est naturalis vis in animante movendis siquidem sensibus attributa.

De diffinicionibus virium anime sequitur

16

Quoniam de diffinicionibus sepe mencionem feci, diffinire debeo eas quatinus de anima dicta vel que dicenda sunt evidencius intelligi possint. Sensualitas sensus ymaginacio tam corporis

Sensualitas

quod anime dici possint. Sensualitas corporis est quedam vis ignea. Sensualitas sensus est animalitas. Sensualitas sive animalitas anime est inferior vis eius que secum trahens sensualitatem carnis velut famulam obedientem, sensus et ymaginaciones facit eas quas in archa memorie reponit. In sensu instrumentum est sensualitatis et ymaginacionis origo. Ipsa namque vis ignea que extrinsecus formata sensus dicitur. eadem forma usque ad intimum introducta ymaginacio vocatur. Sensus itaque parit ymaginacionem, ymaginacio cogitacionem, cogitacio meditacionem, meditacio autem ingenium, ingenium racionem. Racio conducit intellectum, intellectus intelligenciam. Intelligencia per contemplacionem ipsam veritatem admiratur et per karitatem in ea delectatur.

Sensus

Sensus est passio anime in corpore ex qualitatibus extra accidentibus.

Ymaginacio

Ymaginacio est vis anime que figuram corpoream rerum absente corpore sine exteriori sensu dinoscit.

Cogitacio

Cogitacio est tam quelibet animi occupacio.

Meditacio

Meditacio est frequens cogitacio modum et causam et racionem uniuscuiusque rei investigans.

Ingenium

Ingenium est quedam vis anime naturalis hominis insita per se valens.

Racio

Racio est quedam vis anime que omnia discernit et iudicat, sed maxime tamen inhiat spiritualibus et ymaginacionem dei in se racio format.

Intellectus

Intellectus est rerum vere existencium perceptio.

Intelligencia

Intelligencia est de solis rerum principiis, id est deo, ydeis, yle et de incorporeis substanciis pura certa que cogitacio.

Contemplacio

Contemplacio est perspicue veritatis iocunda ammiracio.

Karitas

Karitas est concordia mencium et pactas electorum. vita beatorum animarum et angelorum, quia nec anime nec angeli nisi per karitatem vivunt.

De condicione anime

Anima

Anima racionalis et intellectualis est ad ymaginem et similitudinem dei ut factorem suum pro ymagine cognoscat et pro similitudine diligat. Ex ymagine dei habet racionem, et ex similitudine karitatem. Karitas vero in se ipsa representat trinitatem. Hanc racio sentit et pacata requirit. Hanc karitas invenit et videndo vera quiescat. Hanc in patria fides loquitur, spes usque in celum contatur, caritas perhenniter amplexatur. Mens itaque spiritualis sive intelligencia racionalis. Primo creatorem

sum inspirat et inde creaturam suam
videat et mediante arbitrii libertate
ad eum qui condidit omnia se et cetera
referat. Sic in homine trinitas ap-
paret quam Trinitas manifestat ut
Trinitatem semper non habeat semper quam
conspiciat quem trinitatis ymago
portat. Sic homo servabit eius si-
militudinem cuius naturaliter in
se portat ymaginem. Apparet ergo
ymago dei in intelligencia racionali in
mente spirituali, in honore liberi ar-
bitrii. Appareat ergo similitudo dei in
moribus pro natura, in operibus per
iusticiam, in virtutibus pro gratia. Ut
moribus natura perornetur, ut ius-
ticia operibus comprobetur, ut gratia
virtutibus compleatur et sic domi-
no semper presentetur. Sequitur

Quod anima infundendo est creata. Sequitur

78 Anima totum corpus hominis
tota pariter animat. Est quidem
inspiracio a deo hominis vita, non de
preiacenti materia sed de nichilo a deo
facta. De ceteris enim animantibus scrip-
tura dicit: producant aque et cetera. Ger-
minet terra herbam virentem. Ani-
mam vero non terra non aqua produ-
xit sed deus inspiravit non tantum
animam vivam sed spiraculum vite ho-
nale ex dei ymagine factum ex dei
similitudine et cetera. Sequitur

Quod anima non est ex substancia dei nec eorum aliquo alio. Sequitur 79

Anima non est pars dei. Pro-
bat hoc multiplicatas quam-
dam incurrit mutabilitatem. Deus
enim immutabilis est. Hec sepe vi-
ciata proculpa, quandoque dampna-
ta per penam, quique fit misera. Nichil
tamen ei nocere posset nisi a deo re-
cessisset. Recessit autem quia peccavit.
Proinde torquetur misera a deo
refuga ab uno distincta spargitur
ad multa et pro sua intemperancia
fit morbida fit molesta. Ea propter sen-
sus corpore turbato memoria turba-
ta hebetes fiunt marcidi et stupidi.
Inde cum patitur languores oriun-
tur et mortis violencia pregrava-
tur. Anima non formatur ex materia
sed in ipsa creacione formam acce-
pit que facta est ad ymaginem et
similitudinem dei a quo si aufertur
remanet informis quia rea, quia
dissimilis. Non tamen ideo efficitur
irrationalis quia gestat ymaginem
dei. Unde et potest reformari. Sed nec
certum si tota peccato concidit et pro
insipiencia in merito compatitur. Sed eo

sit anima patoris vel alterius cor-
poris. Ipsum enim corpus et nunc
et in fine semper est habitura cum
quo facta est una persona sed nec
ideo sit corpus et si penitus habe
retur non enim distrahetur partibus
nec loco concluditur nec est ma
ior in maioribus nec minor in mi
noribus sui corporis partibus vite
ydoneis. Opus namque est anima
racionalis quondam obtruta ma
lis et ubicumque est tota est et in
traducatur a patre in filium. Ne
una sit anima amborum. Sicut
inquit dominus: Anima patris sic
anima filii mea est. Nec pars anime
patris est dum generat se transfun
dit. Pater namque seu diminui auge
ri vel minui pro substancia sua spe
ne scit. Si enim particulariter trans
funderetur corporeus esse probare
tur. Et ut si dilatant aliqui semine
anime cum semine carnis habere
generando transfundi multa qui
dem et inhonesta et impossibilia
possent inde conclamari que de spiritu
racionali ut dici debent nec opi
nari indecens est obscena retexere
et malesuasi carnis semina denotare.

QUOD ANIME COTTIDIE NOVE SUNT CREACIONE PER ESSENCIAM SEQUITUR.

Dicimus autem racionales 6
animas per essenciam fieri
cottidie de nichilo novas sed prosi
mili natura ex institucione divina.
Non utique novas quales enim
in exordio deus die sexto masculo
et femine dedit tales cottidie inspi
rat singulis nova de nichilo creacio
ne non nova institucione. Pater inquit
meus usquemodo operatur et ego
operor. Operatur usquemodo pater et
filius operacione siquidem nova sed
institucione non nova. Pro illa a
gens cum ista quiescens. Res vero
corporee post primam sui creacionem
nove nulle creantur sed simul in exo
rdio conditis temporali formacio
ne propagantur. Anime autem non si
mul essencialiter facte sunt sed pro
natura consimili qua ad ymaginem
dei et similitudinem eius simul facte
representantur et non simul edite indi
cantur. Non simul edite pro essencia
simul facte pro compari forma ad yma
ginem et similitudinem dicatur pro
pagata. Caro de carne generanda
traducatur. Sed spiritus de spiritu
misericordie propagatur. Sequi-

QUOD ANIMA CULPAM ORIGINALIS PECCATI CONTRAXIT

ex carne: —— sequitur.

61 Certe tenemus quod caro contrac-
ta de carne per legem concupi-
scencie quam cito vivificatur originalis
culpe vinculo premitur eius quoque af-
fectionibus anime que carnem vivi-
ficat agravatur. Sub hoc peccati vin-
culo parvuli demerguntur qui sine
Christi remediis moriuntur. Hinc enim
originale peccatum non per animam sed per
carnem utique contractum anime quoque
refusum. Caro namque ita unitur
anime ut cum carne sit una persona.
Sit tamen actore deo anima et caro
unum individuum unus homo est.
Unde salva unusquisque nature proprie-
tate adicitur carni quod anime est et
anime quod carnis est pro unitate
persone non pro diversitate nature.
Quod igitur ibi de singulis est proprium
commune sic amborum proprium pro
natura commune pro persona. Et inde
fit anima originali culpa obnoxia
quam caro contrahit et anime refun-
dit cum qua unita est in persona licet
diversa sit in natura. Unde necesse
est parvulum dum vivit Christi sacramen-
to renovari ne obsit eius anime so-
cietas carnis peccati qua gravatur. Et
de corpore exeunti nisi dum in cor-
pore vivit Christi sacramento salutari re-
medio fuit expiata. Currunt igitur
adulti currunt pro se ipsis impendant
etiam parvulis sacramenta fidei sus-
cipiant ipsi fidem cum sacramentis
ut parvulos in Christo renatos fides
ecclesie tueatur et adultos cum
sacramentis opera fidei commitentur.
Hiis itaque per gratiam renovatis ea-
dem complebitur in resurrectione
generali. Et caro ipsa resurrectio-
ne generali. Et surgat ipsa caro in
gloria anime sue restituta viva et
eterna felix et beata. Sequitur

Quare deus vult animas dare hiis qui sine baptismo decedunt

Sequitur cur deus donet ani- 62
mas illis quos absque reme-
dio salutari contingit mori. Unde eo
quod divina institucio qua res creati
nature conduntur nec peccato tolli-
tur nec violencia impeditur. Unde
est quod lex carnalis copule neque eti-
am malis iure suo privatur. Gene-
rant adulteri fornicatores prophani
naturalis tamen institucio nec
vitalibus depit. Natura namque
prout deus eam instituit quod suum
est operatur. Nam siquidem est qu-
dam vis et potencia divinitus re-
bus creandis insita que unicuique

rei suum esse tribuit qua quisque
male utitur malus esse iudicatur.
Iuste enim puniuntur qui licitis
abutuntur. Iuste puniuntur qui ra
pere inconcessa conantur. Hic sa
thanas celum sic prothoplastus
perdidit paradisum. Abutuntur illici
tis qui bona dei maculant usibus
inconcessis. Maculant bona dei
hii qui ardore libidinis exercent
opera copule carnalis. Ex hiis filii
generantur quorum corpora sinen
te creatore creatura formantur
et deo inspirante spiritualem uite
humanam animam intellige quam
non producat terra vel aqua sed
deus inspirat quo sensus corpo
rei animantur ut homo factus in
animam viventem memoratur.
In hiis et aliis optime deus agit
prout instituit quem nullius ad
iuvat bona nec impediunt mala.
Bonos siquidem provehit sua gratia
malos tenet sua iusticia. Nos
siquidem servi dum dominis bonis ab
utimur rei et miseri pariter inveni
untur. Ipse vero dominus qui servorum
malis bene utitur sanctus et omnipo
tens adoretur ipsi corpori traditur de
peccati traduce propagato pro institucio
ne sua inspirat animam unde utens

mollicia prevaricacione viri que si
esset naturalis creatori poterat impu
tari. Sed creator preparat omni tempore
ut sacramenta sint in remedium et
temporalium observacio mandatorum
eternorum afferat premia donorum. Ubi
si qui sub peccato geniti parvuli absque
remedio salutari pertimesce iusticiam
dei qui nichil debet alicui sed damp
nat in singulis malum quod non fe
cit in eis. Si autem parvulos remonat
sacramentis abluere manu dei qui
sciunt nesciunt culpam cum qua ex
carne nascuntur. Sic nesciunt gratiam
qua per Christum renovantur. Non excu
sat parvulos a culpa quia non norunt
eam nec excludit gratiam ab eis qui
eam nesciunt. Queris in eis culpam
invenies in eis ex carne traductam.
Queris in eis gratiam invenies a deo
collatam. Illa debite dampnatur.
hec indebite prorogatur. Illa iudici
um predicat hec misericordiam representat. In
utroque deus agnoscitur cuius misericordia
et iudicium laude perpetua cantatur.
Sed ab hiis intuendis mens mea mecum
infirma quia peccatis obruta cecus.
ad seipsam reddeat servet remedi
um querat ut quod in Adam ceci
dit in Christum resurgat. Sequitur.

Quod inmortalis sit ani

nia et carne caret : ...

Plures veteres de natura anime dixisse inveniuntur sed non ita ut non aliquid restare videatur. Ego autem ex eorum dictis que diligencius potui breviter istud et totum colligere atque in unum redigere studui quod memorie commendetur. Hebes namque est memoria hominis et brevitate gaudet et si in multa dividitur fit minor in singulis. Ex corpore et anima constat homo et quidquid oculis corporis videtur per corpus factum est per corpus per animam. Anima per deum. Vita corporis anima est vita anime deus. Inmortalis est anima et carne caret neque habet quo cadat ut resurreccione egeat. Post animam nisi peccato ceciderit et ideo in morte vita vera non perit sed corpus destituit. Dum discedens anima suam vim non perdit sed quod vivificaverat hoc dimittit. Quamvis in se est tamen mortem alterius facit ipsa mortem non recipit facit magis vivificando quod deserit non amittendo quod vivit. Ita quod mors hominis nichil aliud est quam carnis occasus a qua cum vis potens ac vivificantis abscessit in terram de qua sumpta est redit amissis sensibus quos non per seipsam habuit. Anima autem non aliter quam sol lucem diei vitam tribuit carni cum venit mortem efficit cum recedit. Mors tamen eam non consumit ita sed dividit dum originis sue utrique reddit. Et ne quis putet animam corporis in morte consumi audiat quod dominus in ewangelio dicat: Nolite inquit timere eos qui corpus occidunt animam autem occidere non possunt. Fatigatur corpus cogitacionibus mentis. Afficitur in corpore mens doloribus corporeis. Corpus ex quatuor elementis constat. Anima nec elementum est nec ex elementis sed de nichilo est creata et soli suo creatori cognita. Ex hiis ergo omnibus que in se habet est in corpore suo visibilia videt nichil se esse vel posse esse videt se. Cernat ergo et diiudicet se per se ab eo toto quod visibile videt in se et invisibile omnino se esse videt in eo quod videt se deum videre se non posse videt. Deinde elevet se et in eo quod primum et principale speculum est speculandi dei illiusque ymaginem ac similitudinem proximum et cognatum magis factum invisibilem deum conspiciat. Hec autem ipsa racio et mens racione utens que ad primam similitudinem dei

facta est ut per se invenire possit eum a quo facta est et in eius amore atque contemplacione dulciter requiescere. Ea namque perfeccius suum auctorem manifestant que illius similitudini vicinius propinquant hoc est autem ipsa anima racionalis creatura que excellenter et proprie ad illius similitudinem facta est et tunc creatorem suum quem non videt agnoscit et diligit cum se ad ipsius similitudinem factam intelligit.

Quare deus creavit spiritus racionales.

6x Deus omnipotens cuius beatitudo neque augeri potest quia perfecta est nec minui quia eterna est sola karitate nulla sui necessitate racionales spiritus creavit ut eos sue beatitudinis participes faceret. Alios vero in sua puritate in celo confirmavit. Alios autem propter superbiam in infernum precipitavit atque alios ad probandam humilitatem et obedienciam in terra habitacione terrenis corporibus sociavit ut ad vite sensum lutream materiam vegetaret. Habent namque in natura sua quamdam mutabilitatem spiritus quam vivificandis corporibus appropinquant, singuli quidem non nichil sue puritatis deponunt. Cum enim delectacione corporum afficiuntur quasi quadam corpulenciam inde contrahunt que puriorem eorum maculam corrumpit. Et hoc vicium quanto alacius eis in corporeis manentibus inheserit tanto difficilius eos a corporibus discedentes deserit quoniam non tollitur passio eciam cum tollatur causa passionis nisi absolucior feculencia se in hac vita mundare studuerit. Nos ergo qui in medio bonorum et malorum positi sumus considerare sepe debemus et gaudium illorum et istorum supplicium atque ipsam miseriam. Racionalis siquidem est anima nostra ut sciat discernere inter bonum et malum. Est eciam concupiscibilis et irascibilis ut possit amare et odire malum. De concupiscibilitate nascitur amor et de amore desiderium et gaudium. Amor est delectacio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid per desiderium currens ad gaudium requiescens per desiderium in appetendo et per gaudium in perfruendo. Nec alterum bonum est. Si bonum est cor humanum

nisi quia bene amat quod bonum est.
Nec alterum malum est nisi quia
male amat quod bonum est. Omne
enim quod est bonum est, sed in eo
quod male amatur tantum dictum
est. De irascibilitate oritur ira. Ira
enim odium generat et de odio do
lor et timor. Cum hac vi contra
peccata nostra irascimur et ea odire
incipimus dolemus quia peccavimus
et penas pro peccatis nostris intuemur.

De racionalis nature creature excellencia et condicione diversa

57 Sacrator omnium deus inter ce
tera et super cetera que creavit
Racionalem dignatus est illustra
re naturam quam sua multitudine
fecit insignem et sue beatitudinis
voluit esse participem. Cuius tamen
creature racionalis licet similis vi
deatur origo facta est diversa con
dicio. Dum pars eius est in eterna
felicitate firmata pars videntibus
inferni detrusa et in tharthareum
tradita et in iudicium cruciandi ser
vatur. Pars etiam terra brevis vincta
corporibus locum medium sortita
cognoscitur et prius quidem eadem
media summis vicinior in deliciis erat
posita paradisi. Nunc autem propinquior
infimis pro reatu inobediencie
humiliata est in loco afflictionis.
Summus ergo omnium horum locus
plenam habet leticiam, infimus
solam tristiciam. Ibi enim plena est
felicitas. Illic sola et summa miseria
est. In medio sane summa sperandum
et ideo iam nobis amplior timo
ris tamen spei quo viciniores eis
dem infimis in ipsa deiecti degi
mus umbra mortis. Quia tamen
et illius beatitudinis et illius nichi
lominus dampnacionis eterne
humanam deus animam pro suorum
qualitate meritorum participem
posse fieri cognovit. Naturales
ei affectus quatuor indidit ut ha
beret unde bona illa optaret et
in eis posset quecumque letari et ha
beret unde et mala illa metueret
vel in eis etiam dolere perpetuo
contristari. Interim sane congru
ior est moderna condicio quod
non modo exhibet tristicia etiam
moderna molestiam. Sed et timor
habet penam et spes ipsa que differ
tur affligit animam. Pessimus
ergo pater et terribilis iudex qui
vera illa et perpetua gaudia filiis
dolores eque perpetuos reis infli
ne parit. Nonnulla tamen nos

etiam in presenti experimenta cape-
volunt gaudii vel doloris Unde
non modo illa certius credi sed
et affectuosius quoque optari
valeant et timeri / Ceterum nec
presencia gaudia in illorum con
paracione sunt gaudia Neque
tristicia presens in illius con
paracione tristicia est / Neque de
sipiet siquis internum omnium
operam dare maluerit / quemad
modum pocius illa concupiscere
valeat gaudia / Illos formida
re dolores quam huius vite vitare
molestias captare leticiam
Verumtamen necesse est et
in presenti / unde utiliter gau
deat quis / vel salubriter con
tristetur Si letetur de bene
ficiis suis gracias agens deo
et in devocione eius exultet
et propria etiam seu proximo
rum debita deploret Unde etiam
divina disposicione media inter
eosdem affectus constituta est
racio in corde hominis / per
quam minimum discernere et iudi
care possit unde gaudeat uel
doleat ymo etiam quid capiat /
vel quid timeat Sane qui tri
plicem vim esse anime docuerunt

Racionalem. irascibilem. concupi
scibilem asserentes / affectus siqui
dem diversos sed quadam sibi co
gitacione iunctos / sub irascibili me
tum et tristiciam / sub concupiscibi
li desiderium et leticiam compre
hendisse videntur / In tantum igitur
inter affectus varios humana fluc
tuans anima / necesse est ut certum
terminum vel in infimis vel in summis
accipiens stacionem in solo deince
ps vel gaudio vel dolore persistat /
Deus enim est in summo / et mundus
in ymo / Ille in eodem statu eterni
tatis sue consistit / Humanus autem
animus quasi in quodam medio col
latus quadam condicionis sue ex
cellencia et hunc mutabilitate que
deorsum est supereminet / et ad illam
que est apud deum veram immu
tabilitatem nondum pertingit
Si vero in hiis que deorsum tran
seunt se per cupiditatem immersit
statim per infinitas distractiones
rapietur et a semetipsa quodammodo
divisus dissipabitur Si vero ab hac
infinita dissipacione que deorsum
est se erexerit et in infima descens
atque paulatim se in unum colligens
secum esse didicerit ; Tanto amplius
in unum colligetur / quanto magis

cogitacione et desiderio sursum ele-
uabitur donec tandem omnino inmu-
tabilis sit et ad illam veram et vni-
cam que est apud deum inmutabili-
tatem perveniat vbi perfeccio sine o-
mnis mutabilitatis vicissitudine i-
requiescat in pace. Sequitur

Elisio errorum quorun-
dam circa ordinaci-
onem anime. Sequitur

56 Credimus animas non esse
ab inicio neque cum ange-
lis simul creatas sicut Origenes
fingit nec cum corporibus per coytum
seminantur sicut Luciferianus et
Cyrillus et aliqui latinorum pre-
sumptores affirmant. Sed dicimus
earum creacionem solum omnium crea-
torem nosse. Corpus tamen per
coniugii copulam seminari deinde
vero iudicio coagulari in vulva et
compegi atque formari. Animam que
creari corpore iam formato et infun-
di ut viuat in vtero homo constans
ex anima et corpore et egrediatur
ex vtero viuus plenus humana
substancia. Neque enim duas ani-
mas in vno homine esse credimus.
Sicut multi scribunt vnam ani-
malem qua animatur corpus et i-
mixta sit sanguini et alteram spi-
ritalem que racionem ministrat.
Sed dicimus vnam eandem esse
animam in homine que et corpus
sua sociatate viuificet et semetip-
sam sua racione disponat habens
in se libertatem arbitrii vt in sue
substancie cogitacione legat que
wult. Libertati siquidem arbitrii
sui commissus est homo. Postquam
vero seduccione serpentis per
Evam cecidit nature bonum perdidit
pariter et vigorem arbitrii non
tamen eleccionem ne non esset
suum quod emendaret peccatum ma-
net itaque ad querendam salutem
arbitrii libertas i. racionalis vo-
luntas sed admonente prius deo
et inspirante ad salutem. Vt ergo
aquiescamus salutari inspiracio-
ni nostre potestatis est. Vt adipisca-
mur quod adipisci desideramus
divini est muneris. Vt non labamur
de adoptato munere salutis sollici-
tudinis nostre est et celestis pariter
adiutorii. ut labamur nostre po-
testatis et ignavie. Solum homi-
nem credimus habere animam
substantivam que et non viuit et
sensus suos atque ingenia viuaci-
ter tenet neque cum corpore mori-
tur vt Arabs asserit neque post mo-

dum incarnatur. Sicut Cato dicit: quia substancialiter vivunt. Animalium vero anime non sunt substantive sed cum carne ipsa carnis in vivacitate nascuntur et cum carnis morte finiuntur. Et ideo nec racione reguntur sicut Platho et Allexander putant. Sed ad omnia nature incitamenta ducuntur.

Anima humana non cum carne moritur quia neque cum carne ut superius diximus seminatur, sed formato in utero matris corpore dei iudicio creari et infundi eam dicimus ut vivat homo intus in utero et sic procedat nativitate in mundum. Anima a creatore principium habens ex quo est perfecta est in genere suo. Unde ex quo est sciret omnia que ab homine sciri possunt nisi gravitas esset carnis. Quod per primum hominem qui ante corrupcionem humanitatis ex quo fuit perfectus habuit scienciam humanam probari potest. Sed modo corrupta humanitate ex quo magis corrupto corrumpitur nec proprietates suas potest exercere donec usu et experiencia et alicuius doctrina excitata incipit discernere. Veluti si quis cum subtili acie oculorum in tenebrosa detrudatur, videre tamen non potest ibi nisi prius assuescat tenebris vel lumen ei accendatur. Unde Virgilius: Quantum non noxia corpora tardant. Et licet alie sint actiones corporis et alie anime, actiones tamen corporis vicia vel virtutes possunt esse anime. Cum enim ad hoc data sit anima ut illicitos motus carnis corrigat, quidquid ignorancia illius contingunt vel negligencia, sicut si discipulus vel servus negligencia doctoris vel domini peccet, magister vel dominus extra culpam non est, cum illa debeat imperare et illa obedire. Sequitur

De sensibus exterioribus hominis et interioribus.

Duabus substanciis constat homo: anima tantum et carne. 6
Anima cum racione sua, carne cum sensibus suis, quos tamen sensus absque anime societate non movet caro. Anima vero sine carne racionale suum tenet. Notandum autem quod ideo ipsi sensus qui in exteriori manifestantur in homine describuntur. Simili modo secundum modum suum in exteriori esse manifestantur, quia spirituales res non corporalibus sensibus sed spiritualibus rimande sunt. Ut

diuina vox in deuteronomio ait / Vi
dete quod ego sum solus et non est ali
us preter me Et in apok. Qui
habet aures audiendi audiat quid
spiritus dicat ecclesiis Et in psalmo
Gustate et videte quoniam suauis
est dominus Et apostolus / Christi bonus
odor sumus et in hiis qui pereunt et
in hiis qui salui fiunt / Et in ewangelio
dominum fide se tetigisse magis quam
corpore ostendit dicens. Tetigit
me aliquis / nam et ego sensi vir-tu
tem de me exisse Sic ergo cum omni
cautela obseruandum est quid ad cor
poris sensus et quid ad anime per
tineat dignitatem / Ne forte confu
sus ordo et irrationabilis exquisicio-
alicui repugnare videatur veritati
Non est certus in substancia hominis
spiritus vt diximus contendit Sed
spiritus ipsa est anima que pro spirituali
natura vel pro eo quod spiret in corpore
spiritus appellatur / Anima vero ex
eo vocatur quod ad viuendum vel viui
ficandum animet corpus. Tercium
vero quem ab apostolo cum anima et cor
pore induat spiritum gratiam sancti spiritus
intelligamus quam orat apostolus vt
integra perseueret in nobis ne vicio
vicio aut minuatur aut fugiatur a
nobis quia spiritus sanctus effugiet

fictum et auferet se a cogitacioni
bus que sunt sine intellectu / Fugi
ergo meditacione animum nostrum ex
ercemus et consideremus miserias
et necessitates nostras labores et
dolores / Lugentes enim in hanc vi
tam intrauimus / cum labore viui
mus / cum dolore et timore exituri
sumus Cogitemus ergo quam sit bre
uis vita nostra quam sit via lubrica
quam mors certa et hora mortis incerta
Cogitemus quantis amaritudinibus
sit admixtum si quid iocundum aut
dulce in via huius vite occurrit suo
nos alludit quam fallax et suspectum
quam instabile transitorium est quidquid
huius mundi amor parit / quidquid
spes aut pulchritudo temporalis
promittit / Consideremus etiam quid
sit patrie celestis suauitas / atque
dulcedo / Attendamus et perpendamus
vnde cecidimus et vbi iacemus / et
quid perdidimus et quid inuenimus
vt ex vtroque intelligamus quan
tum in hac exilio nobis sit lugen
dum / Hinc Salomon ait / Qui ap
ponit scienciam apponit et dolorem
et quanto magis homo mala sua
intelligit tanto amplius suspirat
et gemit / Meditacio siquidem parit
scienciam / sciencia compunctionem.

Meditacio
Sciencia
Compunccio
devocio
Oracio
Affectus

Compunccio devocionem. devocio
perficit oracionem. Meditacio est fre
quens cogitacio curiosa et sagax
obscura investigare et occulta ad
noticiam trahere. Sciencia est quan
do homo ad cognicionem sui assi
dua meditacione illuminatur. Com
punccio est quando consideracio
ne malorum suorum cor interno
dolore tangitur. devocio est pius
et humilis affectus in deum. humilis
ex sciencia proprie infirmitatis vel fra
gilitatis. Pius ex consideracione
divine clemencie. Oracio est men
tis devocio .i. conversio in deum
per pium et humilem affectum. —
Affectus est spontanea quedam ac
dulcis ipsius animi inclinacio. Nich
il itaque deum inclinat ad pietatem
et misericordiam quemadmodum purus
mentis affectus. Scienciam celesti
um et terrestrium rerum et lauda
re et amare solent homines sed me
liores multo sunt qui huic sciencie
preponunt nosse semetipsos. lau
dabilior est quippe animus cui nota
est infirmitas sua quam qui ea non
respecta vias siderum naturas re
rum sequitur. Qui vero iam in deum
evigilaverit spiritus sancti exci
tatus atque in eius amore coram

se velint ad deum intrare nolens in
valens eo quod non licet sibi attendit
se et invenit se sanctumque contradicentem
illius immundicie comparatum contempe
ratum non cognoscat dulce flere habet
eum quod precari ut misereatur et to
tam eius miseriam exuat. humilitatem
gementem et dolentem sciencia non
inflat quia caritas edificat. preposuit
enim scienciam sciencie .i. scire semet
ipsum et infirmitatem suam magis
quam scire vires herbarum et naturas
animalium. Et hanc preponendo scien
ciam apponit dolorem scilicet peregri
nacionis sue ex desiderio patrie sue
et visione dei que cernere finis est
doloris. Sequitur. Amen. Sol amen.

Explicit liber beati Augu
stini de spiritu et anima
finitus anno domini
Millesimo trecentesimo
octuagesimotercio. In
vigilia sancte trinitatis
in villa Wescestar ....

Quasi stella matutina in medio nebule. i. peccatorum proprietates huius stelle matutine possunt referri ad quemlibet doctorem fidei. i. ad sacerdotem et continentur in hijs versibus Lucas splendorem fert secum fert quoque decorem Ingens dat letum vigilans docens perit ipsum Solem defectum lune comitans yemis quoque Tempus lucescat estate cadens quoque quiescat Glosa istorum versuum. lucas splendorem. unde. vos estis lux mundi. Fert quoque vocem. i. predicacionem. unde. Tenebrosa aqua in nubibus aeris Ingens. unde. Ecce sacerdos magnus dat letum. i. letum facit peccatorem qui est in tenebris ignorancie. vigilans. unde quidam dicit/ Beatus servus quem cum venerit dominus invenerit vigilantem/ docens per bonam famam. i. honestam conversacionem. Perit ipsa solem. i. Christum qui est verus sol iusticie Sicut miles domini sui precedit occidendo inimicos suos gladio suo acuto ut mortui vivant Christo/ defectum lune comitans. i. sancte ecclesie per passionem. unde Apostolus. Quis infirmatur et ego non infirmor/ yemis est tempus. lucescat. i. tempore tribulacionis apparet in calore fidei/ Cadens. i. abstinens estate. i. in iuventute a fervore luxurie et a ceteris vicijs quod scribitur/ Qui potuit transgredi et non est transgressus etc. Salomon. Memento creatoris tui in diebus iuventutis/ unde divisiones ministrarum tres sunt in ecclesia dei. Activi contemplativi prelati. Unusquisque in sua vocacione et ordine ministris vel officijs ut respondeat unusquisque suo veritatis et virtute sue fidei. Crisostomus/ Multi sunt sacerdotes et prelati nomine sed pauci dignitate. unde. Apostolus. Melius est paucos et utiles esse ministros dei quam multos et inutiles. unde in ewangelio. luce. Messis quidem multa operarij vero pauci. scilicet fideles/ Ieronimus Si karitas in rebus facit precium. nichil carius deo et hominibus habentibus maiorem bono et utili pastore. unde in ewangelio. Bonus pastor ponit animam suam pro ovibus suis/ unde. dictum est petro. Petre amas me Glosa. Ama plusquam tuos cognatos et amicos et plurisquam patres temporales/ plusquam te ipsum. Pasce oves meas verbo. auxilio et exemplo. unde Salvator. Qui amat animam suam plusquam me. non est me dignus. unde. Apostolus. Erunt

homines seipsos amantes / Glosa. Illi
seipsos amant qui honorem suum
temporalem et comodum plus di
ligunt quam honorem dei / Augustinus
de vita xpiana / Illi vere diligunt deum
qui nichil aliud quam quod nomen ipsius
dei glorificant / Unde. Iam pauci vo
lunt sustinere pro xpo paupertatem
contempnunt dolorem / Sed magis
cupiunt divicias et honores / sua
uitates huius uite. Tales enim
non suscipiunt curas animarum.
scilicet prelaturas propter onus uel
propter ingnum dni / Quia cura ani
marum non debetur honori sed oneri.
Multiplex est enim questio
quomodo pastor vel sa
cerdos curam suam intravit vel
quomodo in ea vixerit vel qualiter
eam rexerit / vel propter quem finem
eam susceperit / vel quomodo patri
monium xpi expenderit vel quomodo
pascit gregem sibi commissum ver
bo vel bono exemplo. Velut pasca
tur a grege. Unde hoc verbum no
diriuatur ab hoc verbo pasco. cis
sed a nomine pastor. Unde primo
Jeremie / pastores pascebantur
gregem meum sed non pascebant
In ultima enim reddenda racione
dicit Joseph. i. xpc. qui est verus
Joseph fratribus suis. i. ceteris
pastoribus / Amen dico vobis non
videbitis me amplius donec adduxe
ritis fratrem vestrum minimum / Glosa. Qui
minimum non relinquit non obliviscetur
maioris. Unde sanguinem eius. i.
scienciam eius de manu tua requiram
Gregorius / Tot mortibus digni sunt
negligentes sacerdotes quot neglig
unt animas ut videat unusquisque.
pastor vel sacerdos quomodo regat
vel qualiter in ea vivat vel propter quem
finem ipse susceperit vel quomodo pa
trimonium xpi expendat / Ut predictum
est / ne a dno sibi obiciatur in redde
da racione yronice / Amice propter lu
crum et nunc propter lucrum animarum
quomodo huc intrasti. scilicet curam
tuam non habens curam vel vestem
nupcialem. i. karitatem quia non per
caritatem. i. deum qui est vera kari
tas curam tuam intrasti / Ut gregem
sibi commissum / pasceret. verbo. auxilio
et exemplo. sed ut pasceris ab eo negli
gens / et ociosus vivendo voluptuose.
et luxuriose / et obmittescenti. dicit do
minus ligatis manibus ne possit se de
fendere. et pedibus ne possit / effugere
proicite eum in tenebras exteriores
. i. consciencie perpetue viventis. quia
plus dilexit lucrum temporale quam

animarum pro quibus filius dei susti
nuit mortem amarissimam Et quia hic
vixit deliciose etiam totus suspiret in
penis et totus suspiret in eternis penis
quia cum gloriatus est in delicijs huius
vite tantum locum date sibi in tormen
tis et facite eum montem ardentem
in inferno vt ardeat vt oleum in fla
ma. Unde ysaias. Asportate eum sa
cie sicut galinam que portatur de foro
pedibus sursum erectis et capite deors
so et decoquatur in olla. Sic tu deco
queris in olla yehemnali varijs cruci
atibus vt pena correspondeat culpe Unde
Servus sciens voluntatem domini sui
non faciens plagabit plagis multis.
Cum enim alicui beneficium porrigitur
valde gaudet sed non querit primo
quis sanctorum sit patronus in ecclesia.
Sed quantum valeat in temporalibus
quot sexagenarium in absencia fuerit
Unde iam pauci curant quomodo cu
ram suam susceperint vel intrant qua
liter regant vel in ea vivant vt symo
niam non abhorreant sed heu quasi
iam in pluribus dominatur. Unde Gre
gorius Siquis tali intencione introi
erit gradus ecclesiasticos vel beneficia
querit vt habeat vite necessaria. hic per
verso ordine vult ad celestia pervenire
Melius enim esset eis longe mendicare
et arare unde vivant Unde dominus
in ewangelio Johannes. Qui non in
trat in ovile per ostium i. christum. sed
ascendit aliunde hic fur est et latro
fertur ad furandum virtutes sibi
et alijs latro occidendo animas vel
mactando corpus et perdit animam
suam in yehennam Quilibet enim
pastor sive sacerdos tenetur in
se habere tria scilicet Scienciam.
eloquenciam et vitam bonam —
Scienciam debet habere de via li   Sciencia
brorum et intelligenciam in quibus
primo cognoscat deum et se et ali
os Unde Bernhardus. Multa mul
ta sciunt et se ipsos nesciunt Idem.
Qui se ipsum non cognoscat nichil
scit hec est enim probatissima scien
cia inter philosophos seculares. dicit
Cognosce te ipsum et omnia scies —
Quoniam et Augustinus in libro
de trinitate. Sciencie celestium et
terrestrium et infernorum preferam
cognoscere infirmitatem Unde Ber
hardus Da michi scienciam vt te
diligam Eloquenciam debet habere   Eloquencia
discrecionem vt que scit et intelli
git alijs predicet ne abscondat
pecuniam domini sui et ne sit canis
mutus in domo dei i. in ecclesia vnde
ysaias Clama ne cesses et annuncia

scelera populo tuo / Unde Eloquen
cia est sciencia recta proferendi
excogitata cum ornatu verborum
et ponderi sentenciarum / Ideo me
lius et utilius est eloqui copiose
et prudenter quam aliquid occultissime
sine eloquencia excogitare. Iohannes.
Efficacius est audire scilicet utilia
quam non audire / Unde sacerdos tene
tur habere eloquenciam cum scien
cia. Unde dicit Gregorius / Iusticia
sacerdotum non est conveniens
excusacio / Ezechiel. Qui autem
docti fuerint fulgebunt / quasi splen
dor firmamenti et qui ad iustici
am erudiunt multos quasi stelle
in perpetuas eternitates / Unde nota
quod sacerdos honoratur duplici ho
nore Primo propter officii sui digni
tatem Secundo propter doctrinam.
et precipue illi qui fideliter labo
rant in evangelio / quia ordo fide
lium predicatorum precipuus.

Vita

Vitam eciam bonam tenentur habere
sacerdotes / ut que ore et corde
predicant / opere eciam adimpleant
Unde in evangelio Luce. Cepit
Ihesus facere et docere / Orienes. Quid
aliud est bene loqui et predicare
et perverse vivere quam se proprio ore
condempnare. Origenes / Qui
seipsum non docent alios docere non
potest / Ieronimus / Non in verborum
splendore sed in opere virtutis pre
dicator glorietur / Item. doctorum
officium est lapsis manum porrigere
ad virtutem / errantibus ostendere
viam veritatis Gregorius. Bo
nus doctor est qui humiliter ser
vat disciplinam / et per disciplinam
non incurrit superbiam. Unde. Iero
nimus. Quem homines laudant
laus humana non capiat Crisos
tomus / Esto sanctus apparere con
tra vicia propria esto austerus / con
tra aliorum peccata benignus. Au
diant te omnes propria mandante
et magnum penitentem / Unde
Gregorius / Cuius vita despicitur
restat quod eius predicacio contemp
natur. Omnis enim pastor sit se
dulus in cura sibi commissa in am
bone fidelis predicator ut oret
deum ut paret domino plebem
perfectam / In kathedra pius dis
cretus iudex scilicet in confessio
ne mediator inter deum et mise
rum peccatorem / Crisostomus / Erang
medicina penitencium omnipotens
Nomine melius est propter iram red
dere racionem quam propter evidentalita
tem. Nam si paterfamilias largus

est. dispensator non debet esse tenax
Si deus benignus ut quid sacerdos
austerus Gregorius. Restringen
da subtractione post iinis ne aliud
agendum prius consona mens ad
tranquillitatem reddeat non con
mocionis compunctum iustum quod
esse fecit Sit eciam sacerdos uel
pastor pius et benignus in afflic
torum paciencia et hoc in spiritualium
et eciam largicione pro posse
Est enim duplex largicio scilicet
spiritualis et corporalis Spiritualis ha
betur in hoc versu. Corrigo parco
precor doceo fero consulo solor
Corrigo errantem parco inimicis
precor pro inimicis fero sustinen
tes consulo amicos solor tribulatos.
Corporalis vero in hoc versu Colli
go cibo poto redimo tego visito tu
bo Sunt eciam septem species ele
mosine Prima est quod homo sibimet
ipsi dat unde Salomon. Miserere ani
me tue placens deo Idem Qui sibi
nequam quomodo aliis bonus Secun
da est quam ponit super pedes domini quod
dat hostiatim mendicantibus pere
grinis et hospitibus unde ysaias.
Frange esurienti panem tuum Augustinus.
Elemosina est unguentum quo maria
magdalena unxit pedes domini id est pau
peres qui sunt membra domini ungebat
Tercia ponitur in gremium domini
que datur infirmis leprosis et cap
tivis et precipue inter paganos
unde Salomon. Abscondite elemo
sinam in sinu pauperis Quarta
ponitur in manus domini quam ho
mo dat vicinis suis viduis et or
phanis et eciam qui pudent men
dicare et magnum defectum sustinent
propter honorem temporalem et preci
pue illam quam dat cognatis et
amicis indigentibus. unde canitur.
Cum videris nudum operi eum et car
nem tuam ne despexeris. unde kitho.
Ignotum tibi tu noli preponere notis.
Quinta est que ponitur super pecti
tor domini scilicet Cum homo dimittit
offensas sibi illatas verbis iniuriis
et rebus ablatis unde dimittite
et dimittetur vobis Sexta est.
que ponitur in os domini quando ali
quis offert ad aram aliquid pro
posse suo de rebus iuste aquisitis
ubi offertur sacrificium scilicet corpus
domini pro salute vivorum et mortuorum
et cum dat sacerdotibus elemosina
cuiuscumque professionis sic vel
ad calicem vel ad ornatum domus
dei unde Apostolus. Operemur bonum
aput homines dum tempus habemus

precipue ad domesticos dei i. sacer
dotes qui sunt satores dei et doctores
Septima elemosina est in qua totum
corpus xpi volvitur que datur pro
mortuis qui sunt in purgatorio.
Unde in libro machabeorum / Sancta
ergo et salubris est cogitacio. date
elemosinam et omnia munda erunt
vobis. daniel. Redimet elemosina
peccata sua. Bernhardus / Elemosina
data in vita est lucerna que illuminat
animam ne cadat in tenebras eternas.
Idem. Si ieiunes in hoc adyua° non
differs / quia numquam comedit / Si
vigilas ab eo non discrepas. quia
numquam dormit / Si silencium tenes
ille in verbis non deficit / In hoc pos
sum dyabolum superas / si elemosi
narum opera prestas / Beda. Christus
oraturus ad deum manus suas
expandit qui eas pro posse suo ad
subveniendum pauperi non osten
dit. Ambrosius. Pietas ad omnia
valet Nam si quis libertatem carnis
patitur vapulabit / sed non peribit.
Ieronimus / Non memini me legisse
aliquem dampnatum eo qui in hoc
seculo duxit vitam libertatis. Ubi
Gregorius. Numquam est manus vacua a
munere ubi repleta est archa cordis
bona voluntate. Augustinus / Qui

dat pro xpm predicatorem sit interpellan
tes tedio caret rem perdit et mutuum
dat facie leta sine leticia facit. Si de
deris pro deo rem mutuum quere. Unde
Apostolus. hylarem enim datorem diligit
deus. Augustinus. Elemosina est res
sancta augens premium penam minu
ens peccata / separans nos a demonibus
iungens nos angelis / et est quasi mu
rus inexpugnabilis circa animam.
Thobias. Magna est apud deum om
nibus facientibus eam / Item. Elemo
sina animam ab omni peccato liberat
et non sinit eam intrare in tenebras
Salomon. Sicut aqua extinguit
glossam / sic elemosina extinguit
peccatorum ignem ire / ignem eciam iehen
ne et cetera. Sequitur

Iam dictum est de elemosina dupli
ci scilicet spirituali et corporali et de spe
ciebus eius cum auctoritatibus
Nunc dicendum est de suffragiis
quibus animabus in purgatorio.
sacerdos precipue tenetur suffra
gari quorum elemosinis sunt usi
et utuntur / quibus animabus pur
gandis in purgatorio vel in penis
purgatoriis anime pro die statuitur
pro penitencia hic in vita neglecta vel per
acta que anime sunt tercia pars ecclesie
expectantes in purgatorio liberacionem

Exemplum de filiis israel per desertum
transeuntibus quadraginta dies per
quadraginta annis transissent
si contra deum non peccassent. Tri
plex enim pars ecclesie esse dicitur scilicet
ecclesia in mundo militans in celo trium
phans in purgatorio expectans.
Ut patuit est per liberacionem anima
rum quibus quatuor modis potest
subveniri. Unde versus. Missa pre
ces dona ieiunia quatuor ista Ab
solvunt animas quas purgatoris de
tinet ignis et certe pene peiores
sunt quam omnes pene mundi et omnia
genera tormentorum que in hoc
mundo excogitari poterunt. Unde
Augustinus. Nescit quid petit qui
purgatorium petit et tamen inter
duo mala minus malum est eligen
dum. Unde anime ibi clamant ut dicitur
Job. Miseremini mei miseremini mei sal
tem vos amici mei. Unde in libro
Machabeorum. Sancta ergo et sa· re
dant compassione carorum salubris
per elemosinarum largicionem fidelium
et oracionum precipue sacerdotum quibus
anime committuntur quia elemosi
ne sunt cibus animarum. Anima vero
habet oracionem pro potu ieiunia fi
delium magna refectio et communi
um peregrinacionis carorum penarum

alleviacio et ereptio. Indulgencia
non prodest eis nunc sicut profuit
eis tunc dum viverent meruerunt
Unde legitur in commendacionibus
animarum deo enim soli competit
medicina id est indulgenciam prestare
post mortem quia anime sunt de fo
ro ecclesie expectantes in purgatorio
quas manus domini tetigit. Omnibus
autem remediis quibus animabus
in purgatorio possunt subvenire
missa precellit. Unde Gregorius
Opus bonum et mirificum domini dei
misericordia quia numquam missa
celebratur quin ibi concurrunt duo
virtuosa opera videlicet unius peccatoris
conversio vel ad minus unius anime
de purgatorio liberacio. Unde Caue
ant heredes parentum vel mortuorum
id est commissa testamentorum id est maxi
me sacerdotes quibus anime con
mittuntur vel quorum elemosinis usi
sunt vel utuntur ne in aliquo reme
dio eis subtrahatur vel deferatur
quia alias pro furto et simul sacrile
gio eis reputatur quia carum viati
cum est. Isti primo mortaliter pec
cant in deum secundo in sanctos id est
omnes angelos de quorum collegio sunt
dum liberantur. Tercio peccant in
omnes animas in purgatorio exis

tentes quia impediunt earum abso
lucionem Quarto pertinet in omnes
xpianos viuos pro quibus anime
a penis liberate orauerunt et inter
cedent ad deum pro quibus tales
si non satisfecerint in presenti grauiter
punientur et in futuro dampna
buntur Sequitur ut supra dictum
est ut quilibet pastor siue sacerdos
sit sedulus et similiter sollicitus pro
grege sibi commisso scilicet pro viuis
et defunctis Non sit personarum
acceptor quia xpc generaliter
vno et eodem precio i. sanguine
redemit ut mereamur a domino comme
dari dicente Euge serue bone et fi
delis etc. Quo igitur ordine consolabi
tur ille qui semper est absens a cura
sua nec preest ut pastor nec regit
ut mercenarius et ego estimo illum
in illo ordine in quo nullus ordo
sed sempiternus horror inhabitat
Unde Bichardus Clerici vestitu
et habitu aliquantulum sunt clerici
sed actu et questu nec regunt ut
clerici sed ut layci et inordinate
heu quam plures sacros ordines et sta
tuta ecclesie viuunt confundentes se ip
sos et totius cleri honestatem quia
hii cum hominibus per verse viuentibus
moribus et vita participantur Omni

pena ut in futuro puniuntur. Unde
Origenes Unumquodque peccatum habet suum
demonium qui adducat suum supplicium
Attendite ergo vos sacerdotes ad quod
vocati estis et constituti ut predictum
est Seruite domino in sanctitate subito et
iusticia Unde Apostolus Non enim voca
uit vos deus in immundiciam sed in
omnem sanctitatem et sanctificacionem
Unde ibidem scribit Hec est enim volun
tas patris mei sanctificacio vestra. Ut
sciat vnusquisque vas suum in sanctifica
cione possidere Psalmus Ambulans
in via immaculata i. in castitate mentis
et corporis hic michi ministrabit misterio
corporis et sanguinis mei et ego dominus
exaudiam eum. Unde Augustinus.
Quid prodest si castitas seruetur in
corpore et mentis integritas polluitur
melius in mente Crisostomus Virgini
tas in corpore nichil prodest si castitas
a corde discessit humilitas vero animus
seruatur si animus timore superbie corrum
pitur Unde Superba castitas non est
vera castitas sed dyaboli prostibulum
Unde Augustinus. O vos sacerdotes.
igitur animaduertite in quanta paupertate
te puritate et tremore debetis accedere
ad istud sacrificium scilicet ad xpm. xpc
enim pre angustia sanguine sudauit.
Ubi ipse sacerdos sacrificium mirabiliter

et ineffabiliter operatur. Unde dicitur
cum propheta. In toto corde meo exquisivi
te deus meus ne repellas me a man-
datis tuis et ne despicias me deus sa-
lutis mee. Cor mundum crea in me
deus ut te perfecte diligere et digne tibi
valeam ministrare in gloria.

Superius dictum est de illicitis
actibus sacerdotum et hoc igitur
nunc dicendum est de sacerdotibus
cum mulieribus manifeste cohabitan-
tibus vel adulteris vel fornicatoribus
et proprias oves violantibus aut ebrio-
sis vel luxuriosis sive lusoribus vel
simulatoribus negocijs pluribus et
vanitatibus implicatis. Committimus
enim conscienciae eorum prohabit.
Unde Ieronimus. Alieni erroris non
est verum dare vel reddere racionem.
Bernhardus. Integritatis tue curiosus
sis explorator et non aliene. Quid
enim de illis iudicandum est qui spon-
sam Christi scienter violant. Unde Iero-
nimus. Sicut scelestius est sacrosanc-
tam ecclesiam temerarie operire quam do-
mum plebium, ita scelestius est sponsam
Christi violare quam uxorem proximi cog-
noscere. Glosa Remigii. Cum demones
super unum peccatum gaudeant maxime
tamen gaudent de fornicacione sacer-
dotum. Et de religiosis qui sunt ministri
altaris. Unde Ieronimus. Acerbiora
vehemencie tormenta sunt quibus for-
nicatores adulteri puniuntur. Idem.
Quid ubi cum mulieribus tu sacer-
dos cum altari dei familiaris in eius
loco stas. Dic sacerdos qui eisdem
labiis osculans filium virginis qui-
bus osculatus es filiam veneris. O
Iuda tradis osculo filium hominis.
Bernhardus. O sacerdos os tuum
cottidie efficitur sepulchrum Christi
quomodo ex ore tuo egreditur fal-
sitas per quod egreditur veritas
scilicet Christus. Quomodo oculi tui res-
piciunt vanitates qui respiciunt
veritatem. Quare manus tua ex-
tenditur ad illicita que tenent tene-
tem omnia. Quare te ingeris ebrie-
tati qui plenus es divinitate. Au-
gustinus. O sacerdos sunt vas in-
continencie libidinis iuxta fili-
um virginis in altari constituetur
vel statuetur ydolum. Et dum re-
fert verba canonis os eius ama-
ritudine et dolo replebitur. Et qua-
mvis os eius oret cum labiis tamen
exspuit in faciem salvatoris et cum
presumit sumere corpus dominicum
in os eius positum melius esset
ei si in lutum procideret quam indigne
tractaret. Bernhardus. Turpissimum

est manus deo dedicatas et sacro-
crismate consecratas / pudendis mu
lieribus ingerere et post hoc corpus
dominicum pollutis manibus tractare
Idem. O quam temerarium et ne
pharium est pollutis manibus
tangere vel tractare filium virginis
in os sordidum sumere quem mens
non rapit ad excelsum / Cuius
oculus non erubescat / quis auditu
non terretur ubi mundi precium
insterquilinium proiciatur . i. in
os immundi sacerdotis / Mirum est
quod talis non veretur angelum dei
stare iuxta semetipsum qui eum per
medium secet / et tales bene pos
sunt vocari presbiteri Susanne.
Unde Augustinus. O tu sacerdos
indigne noli me amplius peccando
affligere plus enim me ledit vul
nus peccatorum tuorum quam vulnus late
ris mei / Idem. Magis enim delin
quunt / qui iam regnantem in celis
contempnunt scilicet indigne trac
tantes et sumentes / corpus christi
quam qui crucifixerunt ambulantem
in terris / Ymo non quasi crucifixores
sed quasi sacramenti indigni con
fectores et etiam presumptuosi
deceptores / quia illi semel crucifi
xerunt deum in terris / Isti vero in

quantum in eis est indigne tractan
tes et sumentes / cottidie crucifigunt
Augustinus / Inter omnia opera ime.
dei que ab initio saluti hominum impen
sa sunt nichil mirabilius excelsius
quam quod in mundo crucifixus est deus / Leo
papa. Magis admiranda est dei humili
tas quam sua maiestas / Augustinus. Una
gutta sanguinis christi suffecisset ad
redempcionem generis humani. Sed
ideo maior copia sanguinis data
est / ut copiose clarescat affectus nos
diligens in latere coluerit / Attende ergo
O homo quantum sit probe et maxi
me tu sacerdos. Dominum enim tuum est
cuius corpus et sanguinem tractas
Timendum vero est quod dominus tales
sacerdotes indignos ut predictum est
non exaudiat sed magis ad iracundi
am provocetur. Unde scribitur. Provo
caverunt filii et filie eius scilicet bellial
. i. in peccatis. Ideo deum non placant sed
magis offendunt / Nam etiam loca sa
cra que tangunt et calcant quamdiu
in peccatis mortalibus sunt obstinati con
taminant / Richardus / Sacerdos sine
offensa intrat qui deum pro offensis inter
pellat sed potius offensione ad iracun
diam provocat quam compescat. Unde Au
gustinus. Magis prevaricatur? in mundo
deus non patitur ab hominibus

viventibus quam a sacerdotibus sine con
sciencia in vita / Ideo plus placet deo
ululatus canum vel luporum / quam can
tus immundorum sacerdotum / Gregorius
Nichil est quod in tantum offendat
deum quam quod indigne sumitur ad regimi
ne animarum / Unde prelati quidam
moderni temporis parum curant / quos
ad ordines suscipiunt / vel admittunt
vel quibus sacerdotibus promoven
das manus imponunt et maxime per
symoniam proch dolor / quasi omnes
prelati et totus gradus ecclesiasticus
sunt excecati ut iam laici clerum vili
pendunt / et claves ecclesie minime
curant / et dignitates sacerdotum non
curantur / quia negligentes et ceci sunt
abhominacionibus eorum / qui dei duces
sunt / Unde Apostolus · Cavendum est ne
cum aliis ego predicaverim / ego ipse
reprobus efficiar / Predicant enim qui
dam non mechandum / mechantur —
non furandum · furantur / non reveren
dum · reverentur / et cetera vicia tam
verbis quam factis / in ordinate viventes ·
hec omnia predicta prelatis committuntur
et ecclesiastica correctione corrigenda —
Vos prelati et presbiteri in vobis pe
dent anime vivorum subditorum in cu
ra vobis commissa · Presbiter · quasi
prebens aliis iter et prestans pro ·

grege sibi commisso · verbo et bona
vita et exemplo et eciam pro posse
temporali et ergo non querit lucrum
animarum / pro quibus filius dei mor
tem sustinuerunt / Unde legitur in
· iiiº · Regum / Cum regina Sabba in
aula Salomonis esset intuita or
dines ministrancium ad mensam re
galem · et omne domum et ornatum
cure familie · pre omnibus laudavit
ordinem pincernarum / erant enim
unius habitus / Aula Salomonis ·
significat / mensam summi regis · i ·
altare · in quo conficitur et tracta
tur sacrificium corporis Christi · Cui men
se · i · altari sacerdotes diversi deser
viunt / et angeli infiniti qui dicuntur ·
virtutes celorum · huius mense re
gis · scilicet altaris · Sacerdotes ideo
dicuntur esse unius habitus sancte
conversacionis in aula summi regis /
ut possint dicere cum psalmo · In do
mo dei ambulavimus cum consensu ·
· i · in dei voluntate qui pincerne
· i · sacerdotes pre omnibus sunt elec
ti · et constituti ad divina libamina
infundenda et ad honorem sum
mi regis et eius familie · i · fideli
bus proicienda ut eis dicatur —
per prophetam · Mundamini qui fer
tis vasa domini et preparate corda

vestra in omni mundicia intus et
exterius per bonam famam et ho
nestam conversacionem ut digni
sitis bibere vinum de manu domini
quia calix in manu domini ple
nus vini mixto. Psalmista. Calix
meus inebrians quam preclarus est.
et in Canticis. Bibite vinum bo
num quod miscui vobis / scilicet
in mea passione sanguinem
et aquam de latere meo profflu
entem / et inebriamini vino sci
licet mee dilectionis / Non tantum
mero sed meracissimo illius scilicet
uve de qua legitur / ut bibetis sa
nguinem uve meracissimi .i. sang
winem filii virginis intemerate
uve illius vitis qui dixit Ego sum
vitis vera nobilis / vinee in qua
pater eius agricola nobilis vitis
scilicet filius eius. nobiles palmites
apostoli. nobile vinum eius vini pin
cerne sunt sacerdotes. scilicet sal
sum vini sanguinis christi qui pro
fluxit de torculari quod dominus solus
in ara crucis. dum patitur calca
vit quod omnibus in eum credentibus
sanguinem propinat meracissi
mum quem assumpsit homo factus
de mundissima carne virginis.
gloriose marie. Sequitur

Eya vos sacerdotes pincerne veri
Salomonis .i. ihesu christi camerarii
et secretarii et dispensatores miste
riorum dei / diligenter attendite in
quo gradu et dignitate sitis consti
tuti super omnia bona dei. unde Augustinus.
Quid potuit deus plus dare sacer
dotibus quam seipsum creatorem trac
tare sumere et ministrare / Ergo red
dite ad cor inspicite insignium privi
legium vestre dignitatis / Quinque
enim sunt dignitates precetens
sacerdotibus / Primo modo dicitur
sacerdos / quasi sacris ordinibus
dicatus / quia ipse in summo gradu
est / quod est sacerdocium / Secundo
dicitur / quasi sacris deditus .i. sacra
mentis ad sacrificandum / sacramen
ta et certificandum / Sacrificant enim
sacrosanctum corpus divinis verbis
et signis et prodigiis / Tercio
dicitur quasi sacra dans / dat enim
baptismum confessionem penitenciam
indulgenciam eukaristiam benedic
cionem et extremam unccionem
